| 1. **Ścieżka zapisu**<br><br>511\1\0\0\417 | 2. **Nr i nazwa archiwum**<br><br>511<br>Biblioteka Diecezjalna w Sandomierzu | 3. **Nr zespołu** - 1<br>4. **Ciąg dalszy numeru zespołu** - 0<br>5. **Oznaczenie serii** - 0 |
|---|---|---|
| 6. **Nazwa zespołu**<br><br>Archiwum Kapituły Kolegiackiej i Katedralnej w Sandomierzu | | |
| 7. **Sygnatura**<br><br>417 | 8. **Liczba stron/kart**<br><br>77 k. | 9. **Liczba skanów**<br><br>152 |
| 10. **Data wykonania**<br><br>08.10.2019 | 11. **Nazwa pracowni**<br><br>Alto-Protekt | 12. **Skanerzysta**<br><br>Alicja Kuberka |
| 13. **Uwagi** | | |

Inc[illegible]

Sancti Laurentij Martyris [illegible]
Rn̄cism D. Zbigneum Cardinalem
et Ep̄m Cracouien̄ facta.

Zbigneus Dei et Aplicæ sedis gratia Episco-
pus Cracouiensis Ad perpetuam rei memoriam. Ad
curam et regimen gregis Dominici nobis crediti, diuina dispo-
nente clementia deputati; circa id uacamus instantius [illegible]
operosæ sollicitudinis studium præcipuum impartimur, vt
et cultus diuinus in Ecclesijs nostræ Diœcesis pia Præ-
decessorum nostrorum deuotione instituta in sui integritate
conseruentur, et profectui personarum Deo militantium fide-
liumq; animabus, excussa negligentia uetusta salubri remedio
consulatur. Sane cum dudum ad laudem et gloriam diui-
ni nominis et sub uocabulo Sancti Laurentij Martyris
gloriosi Altare in Ecclesia Sanctæ Mariæ Sandomirien̄ situm
[illegible] collationem et præsentationem Venerabilium et Honorabi-
[illegible]n Fratrum nostrorum Prælatorum et Canonicorum Ecclesiæ
[illegible]edictæ Beatæ Mariæ Sandomirien̄ pertinens per Dn̄s
[illegible]decessores nostros Episcopos Cracouien̄ erectum et do-
[illegible]um, adeo in suis oneribus et obsequijs eidem annexis
[illegible] neglectum, vt exinde cultum diuinum minui et dispen-
[illegible] salutis animarum formidemus euenire. Inde est quod Nos
[illegible]ntes diuinum cultum eius intemeratæ Genitricis Virginis
[illegible] pro salute animarum adaugere, ac ad ea quæ laudem
[illegible]onorem ipsius respiciunt aspirare. Sub ratihabitione
[illegible]abilium Fratrum nostrorum tam Ecclesiæ nostræ maio[illegible]
[illegible]uien̄ quam etiam Sandomirien̄ Capituli et ipsorum
[illegible]nsu speciali fecimus, ordinauimus et instituimus, tenore
[illegible]ntium facimus, ordinamus et instituimus. Quod in præ-
[illegible]ta Ecclesia Sanctæ Mariæ Sandomirien̄ et in Capella [illegible]
ro contigua amplius et in antea in ortu aurorae propter
turbationem aliorum officiorum diuinorum quæ in [illegible] Ec-

clesia

H

Decimolita sunt peragi et cantari [illegible]

[illegible] dicere [illegible]

[illegible] annis et singulis diebus peragatur et in memoriam
[illegible] Gloriosissimae Virginis Mariae Officium totius [illegible] nostri
[illegible] decantetur. Verum ut iuxta desiderium cordis nostri. Huius
nostra constitutio et ordinatio pro laude Virginis Benedictae et inte
nerata perpetuis perseueret temporibus, de eorundem Fratrum
nostrorum Cracouien et Sandomirien Capituli uoluntate accedente
et consensu Titulum praedicti Altaris Sancti Laurentij in Ecclesia
Sanctae Mariae Sandomirien sitim tanquam Beneficij perpetui
censuimus extinguendum et extinximus ac extinguimus per praesentes.
Ita quod de caetero et in perpetuum Altare praedictum Sancti Lauren
tij titulo perpetui Beneficij careat, sitq3 et remaneat uacuatum.
Statuimus insuper et ordinamus, quod cedente vel decedente Re
ctore et Altarista eiusdem Altaris Sancti Laurentij pro praesenti exi
stente Quod quidem Altare cum eius Iuribus Decimis et pertinen
tijs Ministro Altaris et Cantoribus praedictis concessimus, annexu
imus, vniuimus, ac incorporauimus; ac concedimus, vnimus et incor
poramus praesentium per tenorem, vsibus eorum nudis applicam
Liceat Ministro Altaris et Capellae et Cantoribus quos ad ho
stituimus de Altari praedicto Authoritate propria se introm
et eius ac Iurium et pertinentiarum ipsius, possessionumq3
ctuum, redituum, ac prouentuum ad dictum Altare Sancti
rentij quomodolibet spectantium post Vacationem huius
Corporalem et realem libere apprehendere possessionem
licite et liberè atq3 perpetuè pro eorum vsibus ret
Volumus tamen et tenore praesentium Ministro Capellae
Altaris praedicti districtè et sub Excommunicationis poen
mandamus, vt duas Missas singulis septimanis, alia
Officia dicti Altaris legat et impleat, ac onera in
eiusdem ferat et supportet. In cuius rei testimo
Nostrum et praedicti Capituli Cracouien Sigilla praes
sunt appensa. Actum et Datum Cracouiae f
sexta proxima post Festum Sancti Stanislai Martyris pro
148 osi in Maio. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo

quadragesim

quadragesono octavo. Praesentibus Venerabilibus et Honorabilibus Viris Dominis Derslao Archidiacono, Jacobo Woiniczki de Sienno Praeposito, Joanne de Elgoth Scholastico ac Vicario nro in Spiritualibus, Nicolao Spiczmierz Cantore, Adamo de Schadkow Archipresbytero S Mariae in Cracovia Decretorum Doctoribus Petro Vexilliferi, Derslao de Chrzanowice Praeposito Visliceñ, Jacobo de Zaborow Decretorum Doctore, Clemente de Nawoiowa, Raphaele de Skawina Officiali Praeposito Kielceñ, Joanne de Radochowce Sacrae Theologiae Professore, Joanne Dzieharowski, Joanne Tarnowski Magistro, Paulo de Zathor Decretorum Doctore, Petro Czanstowski, Thoma Strampinski Theologiae et Juris Canonici Doctore, Joanne Dlugosz Custode Nicolao de Sienno Scholastico, Petro Thesla Cantore Visliceñ, Joanne Rei Praeposito S. Michaelis in Castro Joanne de Czarnca Archidiacono Curelowieñ Magistro Joanne Puszta Decretorum Doctore et Henrico Archidiacono Sandomirieñ Praelatis et Canonicis Capitulariter congregatis:

# Incorporatio Altaris Sanctae Heduigis per Rndssm D. Ioannem de Rzeszow Epm Cracovieñ

## Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Joannes de Rzeszow Dei gratia Episcopus Cracovieñ. Inter desiderabilia cordis nostri illa intensioribus affectibus prosequimur, quae pro augmento cultus divini et animarum salute salubriter ordinata, personarum Ecclesiasticarum noscuntur profectibus deservire, Pontificalis muniminis illis adjiciendo firmitatem. Proinde significamus tenore praesentium quibus expedit universis tam praesen

quam futuris. Quatenus etsi pro fundando in Ecclesia Beatae Ma-
riae Virginis Sandomirien. Diaecesis nostrae Mansionariorum Collegio
felicis recordationis Praedecessores nostri Zbigneus Cardinalis San-
ctae Romanae Ecclesiae et Joannes Lutkonis Episcopi Cracovien.
Altare Sanctae Hedwigis in eadem Ecclesia Sandomirien. situm ad
Collationem, provisionem, et dispositionem Ordinariam pertinens
extincto eius titulo et suppresso dicto Mansionariorum Collegio incorporas-
sent: Ne tamen Extinctio Altaris praefati et eiusdem pro Man-
sionarijs incorporatio, ex aliquibus causis, conditionibus et respectibus
possit infirmari in posterum aut in dubium revocari. Nos Jo-
annes Episcopus Cracovien. praefatus, opus egregium, memorabile
et insigne per Praedecessores nostros caeptum et consummatum pro-
sequendo, frequenti et iterato funiculo illud roboraturi Altare prae-
fatum Sanctae Hedwigis et eius titulum, quod Honorabilis Dns
Albertus Gorny de Tharnow Custos Opathovien. eius immedia-
tus et ultimus possessor die hodierna in nostris manibus sponte
et libere resignavit, et de illius iure possessione, proprietate, et
titulo quodcunque et qualitercunque illud habuit, cessit et renunci-
avit, non per errorem aut improvide sed de certa scientia,
mortificavimus, cassavimus, et extinximus, Mortificamus, cassamus
et extinguimus per praesentes. Illudque cum omnibus suis Deci-
mis, fructibus, et pertinentijs universis praefato Mansionariorum
Collegio Sandomirien. de octo personis iam actualiter fundato
incorporavimus et incorporamus per praesentes; eiusque Decimas
et proventus Collegio Mansionariorum addicimus et applicamus.
Decernentes ut Altare praefatum amplius et de caetero titulo
suo perpetuo careat, et omnes eius Decimae et proventus ad
nullum alium usum, quam ad Mansionariorum praefatorum debeant
perpetuo pertinere. Oneribus tamen Altaris semper saluis
ad quorum complementum Mansionarios praesentes et futuros obli-
gamus. In cuius rei testimonium praesentes nostras Extincti-
onis, Mortificationis, incorporationis et Decreti literas per No-
tarium nostrum infrascriptum scribi et publicari, nostrique appensi-

one

one sigilli iussimus communiri. Actum et Datum in Kielce die Mercurij octaua mensis Junij Anno Domini 1474
Millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, Indictione sexta, Pontificatus Sanctissimi in Chro Patris Dni nostri Sixti Diuina prouidentia Papæ quarti, anno ipsius tertio. Præsentibus Venerabilibus et Honorabilibus et Nobilibus Dominis. Joanne Dlugosz Seniore Custode Vilicen Mathia de Blandoro Decretorum Doctore. Joanne Skalka de Grebien Canonicis Cracouien. Joanne Lochocki Rectore Ecclesiæ Parrochialis in Lutomiersko. Nicolao Stadnicki Martino Vexilliferi de Wrocimowice milite et Joanne Zyrkowski testibus ad præmissa.

Et ego Joannes Andreæ de Gorzyce clericus Posnanien Diœcesis, Publicus Imperiali Authoritate Notarius, Reuerendissimi in Chro Patris et D Dni Joannis Dei gratia Episcopi Cracouien memoratiq; facti huiusmodi coram Paternitate sua Reuerendissima Scriba. Quia prædicti Tituli Altaris Extinctioni Mortificationi et incorporationi et Decreto, alijsq; omnibus et singulis præmissis dum sic vt præmittitur agerentur et fierent vna cum prænominatis testibus præsens interfui; eaq; omnia et singula præmissa sic fieri vidi et audiui. Ideo præsentes literas siue præsens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum confeci et in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis solitis et consuetis vna cum appensione sigilli dicti Domini Episcopi Cracouien et de eius mandato speciali consignaui. In fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum.

# Confirmatio Summi Pontificis Incorpo-rationis Altarium Sancti Laurentij et Sanctæ Hedwigis.

In nomine Sanctæ et Individuæ Trinitatis Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen.

Reuerendo in Xto Patri et Domino Dei et Apostolicæ sedis gratia Episcopo Cracovien, nec non Venerabilibus Cracovien maiorus et Sandomirien Collegiatæ Ecclesiarum Capitulis, Vniuersisq; et singulis quorum interest interesseq; poterit quomodolibet præsentibus et futuris. **Petrus** Divina patientia Abbas Monasterij Coprivnicen Ordinis Cistercien Cracovien Diœcesis Commissarius et Executor vnicus ad infrascripta a sede Apostolica specialiter deputatus salutem in Dño sempiternam. Et nostris imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis, Literas Sanctissimi in Xto Patris et Domini nostri Domini Nicolai divina providentia Papæ quinti in Pargameno scriptas, eius vero bulla plumbea in cordula canapi impendente, more Romanæ Curiæ bullatas, sanas, saluas, et integras, non vitiatas, non cancellatas neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicionis nota carentes, Nobis pro parte Reuerendissimi in Xto Patris et Domini Zbignei miseratione divina Tit Sanctæ Priscæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Presbyteri et Episcopi Cracovien, ac eius nomine in eisdem litens Apostolicas nominati, coram Notario publico et testibus infrascriptis præsentatas, Nos cum ea qua decuit reuerentia nouerimus recepisse huiusmodi sub tenore.

## NICOLAVS EPISCOPVS SERVVS

Seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij Coprivnicen Cracovien Diœcesis salutem et Apostolicam benedictionem. Ad ea ex Apostolicæ seruitutis officio libenter intendimus per quæ in singulis et præsertim Cathedralibus Ecclesijs continuo benedicatur altissimus, ac personæ Ecclesiasticæ in illis diuinis

laudibus

laudibus insistentes, in eorum necessitatibus suscipiant releuamen
et ijs quae propterea processisse comperimus, vt firma, perpetua,
et illibata persistant, libenter cum a nobis petitur Apostolici
mandamus adijci muniminis firmitatem. Exhibita siquidem
nobis nuper pro parte Dilecti filij nostri Sbignei Et Sanctae
Priscae Presbyteri Cardinalis et Episcopi Cracouien petitio,
continebat, quod olim ipse ad laudem et gloriam Beatae Mariae
Virginis de Dilectorum filiorum Cracouien et Beatae Mariae San-
domirien oppidi Cracouien Diaecesis Ecclesiarum Capitulo
rum consensu, ordinauit, quod ex tunc prout ex nunc perpetuis
futuris temporibus in Capella ipsius Ecclesiae Beatae Mariae Vir-
ginis illius choro contigua, in ortu auroras, alta et sonorosa
uoce per Presbyterum et Cantores ipsius Ecclae, annis et diebus
singulis perageretur, et in memoriam eiusdem Beatae Virginis
Officium totius Missae de nostra Domina totaliter decantaretur, Minor missa
et ut ordinatio ipsa perpetuo perseueraret, de simili consensu
titulum Sancti Laurentij Altaris siti in predicta Eccla ordinaria
authoritate penitus extinxit, illudque cum omnibus iuribus et
pertinentijs suis presbytero et Cantoribus praedictis in per-
petuum concessit, incorporauit, annexuit, et uniuit; ita quod Rectore
dicti Altaris seu illius Altarista cedente vel decedente, liceret
presbytero et Cantoribus praefatis, corporalem dicti Altaris iu-
riumque et pertinentiarum praedictarum possessionem apprehendere
ac in suos vsus conuertere. Ac voluit ac ministro dictae Ca-
pellae sub Excommunicationis poena mandauit vt duas Missas
singulis septimanis legeret et adimpleret, ac alia incum-
bentia onera supportaret; prout in quibusdam literis Au-
thenticis ipsius Cardinalis et Episcopi sigillo munitis dicitur
plenius contineri. Quare pro parte dicti Cardinalis et
Episcopi nobis fuit humiliter supplicatum vt Ordinationi, ex-
tinctioni, concessioni, vnioni, incorporationi, voluntati et man-
dato praedictis pro eorum subsistentia firmiori robur Apo-
stolicae Confirmationis adijcere, nec non pro potioris cautellae
suffragio, praedictum ac etiam Beatae Hedwigis in praedicta
Ecclesia sita Altaria, cum omnibus iuribus ac pertinentijs suis

communi

communi Mensæ dictorum Presbyteri et Cantorum perpetuo incorpo
rare, annectere et unire, aliasq; in premissis oportune prouidere de
benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaq; de premissis
certam notitiam non habentes, huiusmodi Supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantijs
vniuersis Auctoritate nostra te diligenter informes; et si per informationem huiusmodi ita esse reperieris, super quo tuam Conscientiam oneramus, Ordinationem, extinctionem, concessionem,
incorporationem, annexionem, vnionem, voluntatem et mandatum
huiusmodi, et prout illa concernunt omnia et singula in dictis literis
contenta, et inde secuta quæcunq; Auctoritate nostra approbes
et confirmes, supplease q; omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nihilominus, si approbationem, confirmationem
et supplctionem huiusmodi per te fieri contingat, vt præfertur, ac
causæ rationabiles subsistant, Sancti Laurentij cuius septem
ac Beatæ Hedvigis cuius quinq; Marchanum argenti secundum
communem extimationem Valorem Annui Altaria huiusmodi cum
omnibus iuribus, et pertinentijs supradictis præfatæ communi Mensæ, cuius fructus, redditus, et prouentus perpetui nulli, vtpote
Episcopus et Cardinalis asserit, existunt, Auctoritate nostra
in perpetuum vnias, incorpores et annectas. Ita quod simul
vel successiue cedentibus vel decedentibus Altarium prædictorum
Rectoribus, licet Presbytero et Cantoribus Officia huiusmodi pro
tempore peragentibus per se vel alium seu alios Corporalem
Altarium iuriumq; et pertinentiarum prædictorum possessionem pro
pria Auctoritate libere apprehendere, ac huiusmodi illorum fructus, redditus, et prouentus in suos nec non Altarium prædictorum
vsus vtilitatemq; conuertere pariter et retinere. Discessali loci
et cuiuslibet alterius licentia super hoc minimè requisita. Non
obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ac statutis et consuetudinibus dictæ Ecclesiæ Beatæ Mariæ, iuramento
confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis
contrarijs quibuscunq;. Aut si aliqui super prouisionibus sibi fa
ciendis de huiusmodi vel alijs Beneficijs Ecclesiasticis in illis par

tibus

tibus speciales vel generales dictæ sedis vel Legatorum eius Literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reseruationē et Decretum vel alias quomodolibet sit processum; quas quidem literas, ac processus habitos per easdem et quæcunq; inde secuta ad Altaria huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quoad assecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, et quibuslibet alijs priuilegijs indulgentijs et literis Apostolicis specialibus vel generalibus quorumcunq; tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus illarum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumq; totis tenoribus de uerbo ad uerbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Prouiso quod Altaria prædicta debitis propterea non fraudentur obsequijs, sed illorum congruè onera supportentur ac ad ipsum Altare Sancti Laurentij singulis septimanis iux̄ voluntatem præfati Cardinalis et Episcopi Missæ perpetuo legantur et adimpleantur. Nos enim, si confirmationem approbationem, suppletionem, vnionem, annexionem et incorporationem huiusmodi per te præsentium vigore, fieri contingat, vt præfertur, extunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimò quadringentesimo quinquagesimo, prima Decembris. Pontificatus nri Anno quarto.

Ad Al. Miss. La.

Post quarum quidem Literarum Præsentationem et receptionem Nobis et per Nos vt præfertur factas fuimus pro parte præfati Reuerendissimi Dni Cardinalis et Episcopi Cracouien. debita cum instantia requisiti, quatenus ad Executionem prædictarum literarum Apostolicarum et contentorum in eisdem iuxta traditam et directam a sede Apostolica nobis formam procedere dignaremur.

Nos igitur Petrus Abbas Commissarius et Executor præfatus volentes Apostolicum mandatum nobis in hac parte directum reuerenter exequi, vt tenemur, attenta forma prædictarum

literarum

literarum Apostolicarum et earum tenore sane de contentis in eis in-
quirere, et de iniunctis nobis mandatis Apostolicis nihil omittere cupien-
tes, Citatione primitus legitima ad supradicti Reuerendissimi Dni
Sbignei Cardinalis et Episcopi Cracouien' instantiam, contra et
aduersus omnes et singulos sua generaliter vel diuisim interesse
putantes, per Nos in forma Solita, decreta et concessa, ipsaq;
debita executioni in prædicta Sandomirien' Ecclesia demandata. Ac
demum pro parte prefati Dni Sbignei Cardinalis et Episcopi
Cracouien' coram nobis repetita, eiusq; sic facta execution fa-
cto et in scriptis exhibita, citatorumq; prefatorum non compare-
tium contumacia accusata, prædictos citatos non comparentes, repu-
tauimus, prout merito erant, contumaces. Et in contumaciam eorum
receptis nonnullis legitimis probationibus et documentis de et super
omnibus et singulis in prefatis literis Apostolicis contentis, earum
demq; literarum Apostolicarum discussione et uerificatione sufficienter
præhabita, atq; prædictorum Sancti Laurentij ac Beati Hedui-
gis Altarium in prædicta Ecclesia Collegiata Sandomirien' alias
fundatorum et dotatorum titulo extincto, ac illorum cum suis omni-
bus et singulis fructibus, prouentibus, redditibus, iuribus, et pertinen-
tijs vniuersis Presbytero- et Cantoribus Capellis prædictæ Ecclesie
Collegiatæ Beatæ Mariæ Sandomirien' contiguis, iustis et rationa-
bilibus causis precedentibus, consensuq; voluntate et certa scientia
Venerabilium Cracouien' et Sandomirien' Capitulorum accedentibus
Concessio, annexio, incorporatio et vnio per prefatum Reue-
rendissimum Patrem Dominum Sbigneum Cardinalem et Episco-
pum Cracouien, vt præfertur, absq; præiudicio et iniuria Ecclesiæ
prædictæ Sandomirien' vel cuiuscunq; alterius facta, et habita fu-
erit et sit. Et præinsertis de valore fructuum, redituum et pro-
uentuum prædictorum Altarium in literis Apostolicis expresso; quodq;
insuper Communis Mensæ Presbyteri et Cantorum prædictorum nulli
penitus perpetui fructus et prouentus subsistant. Atq; de alijs
omnibus et singulis circumstantijs huiusmodi negotium tangentibus
rite et legitime informati Christi NOMINE inuocato, pro Tribuna-
li sedentes, pronunciauimus, declarauimus, et decreuimus, et præsentium

tenore

tenore pronunciamus, declaramus, et decernimus Concessionem, annexionem, incorporationem et vnionem Altarium prædictorum Sancti Laurentij et Beatæ Hedwigis in Ecclesia Collegiata Sanctæ Mariæ Sandomiriensi prædicta, cum illorum omnibus et singulis fructibus, reditibus, proventibus, iuribus et obuentionibus vniuersis, per præfatum Reuerendissimum in Xto Patrem Dominum Stigneum Cardinalem et Episcopum Cracovien., Presbytero et Cantoribus præfatis eiusdem Ecclesiæ pro tempore rite et rationabiliter factas, dispositas et ordinatas fuisse et esse. Ac etiam per Nos innouandas et in nouam debere. Quodq; in nouando Altaria prædicta Sancti Laurentij cuius septem et Beatæ Hedwigis cuius quinq; Marcas argenti, secundum generalem existimationem fructus et prouentus valorem annuum non excedunt, cum illorum omnibus et singulis huiusmodi fructibus, reditibus, proventibus, iuribus et obuentionibus vniuersis, Presbytero et Cantoribus pro tempore et eorum communi Mensæ, cum nulli fructus perituri ad præsens existunt, Authoritate Apostolica nobis in hac parte concessa, de no-uo, in perpetuum vnimus, Incorporamus, Appropriamus et Annectimus ac Titulos ipsorum ex nunc et in antea temporibus duraturis Extinguimus. Rectoribus quoq; eorundem Altarium simul vel successiue cedentibus vel decedentibus ipsis Presbytero et Cantoribus pro tempore Officia huiusmodi in prædicta Ecclesia Sandomiriensi peragentibus, vt per se vel per alium seu alios corporalem Altarium prædictorum Iuriumq; et pertinentiarum suarum possessionem propria Authoritate libere apprehendere, ac illorum fructus, reditus, et prouentus in suos, nec non Altarium prædictorum vsus vtilitatemq; conuertere pariter et retinere, Dicti cessari loci et cuiuscunq; alterius super hoc licentia minime requisita. In vim huiusmodi vnionis, Incorporationis Appropriationis, et Annexionis valeant atq; possint, plenam et expeditam damus, concedimus, et attribuimus facultatem et potestatem. Et insuper pro maiori cautela et subsistentia præmissorum vt illibata in futurum permaneant, Decretum eiusdem Sedis Apostolicæ et Nostram Authoritatem huiusmodi Vnioni Incorporationi Appropriationi et Annexioni, in vim plenariæ et perpetuæ firmitatis interponendam duximus et præsentium tenore interponimus. Quæ omnia et singula præmissa et hunc nostrum processum, vobis omni-

bus

bus et singulis supradictis et vestrum cuilibet ac alijs quorum interest ac interevit, generaliter vel diuisim, intimamus, insinuamus, notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus et deduci volumus per presentes. Quocirca Authoritate Apostolica supradicta terore presentium requirimus et monemus, Primo, Secundo, Tertio et peremptorie, omnes et singulos prefatorum Altarium Sancti Laurentij et Beate Hedwigis in Ecclesia Collegiata Sandomirien' predicta, Cen. Suanos, pensionarios, Redituarios, Decimarios, Emphiteotas, Colonos Inquilinos, Laboratores et Arbitores quorumcunq; tam mares quam feminas, cuiuscunq; status et conditionis existant, vt infra sex dierum spatium, prefatis Presbytero et Cantoribus pro tempore predicta officia in ipsa Ecclesia Sandomirien' peragentibus, postquam pro parte ipsorum seu per ipsos vel fuerint requisiti, generaliter vel diuisim immediate sequentium, quorum dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies ipsis et cuilibet eorum pro tertio et peremptorio termino ac Monitionis Canonica assignamus: de fructibus, redditibus prouentibus, iuribus, pertinentijs et obuentionibus vniuersis prefatis Altaribus et eorum pro tempore Rectoribus seu possessoribus, debitis, statutis et assignatis diebus et temporibus deputatis sine ipsorum procuratoribus et nulli alteri, plene, integre, sine diminutione, difficultate, contradictione, quibuslibet respondeant cum effectu, omni dolo et fraude sublatis et postpositis in premissis. Quod si forte premissa omnia et singula non adimpleuerint, seu eorum alter non adimplerint, et adimplere non curauerint, seu eorum alter non curauerit, aut aliquid in contrarium fecerint seu alter eorum fecerit, Mandatisq; nostris seu potius Apostolicis parere cum effectu non curauerint, seu alter eorum non curauerit. Nos in ipsos omnes et singulos supradictos, necnon in contradictores quoslibet et rebelles seu quosuisq; alios, qui eisdem Presbytero et Cantoribus vel eorum procuratori, in premissis aliquod impedimentum prestiterint, aut ipsos Presbyterum et Cantores pro tempore predicta officia peragentes, vexatoribus, turbatoribus, et molestatoribus, auxilium, consilium, vel fauorem, directe vel indirecte publice vel occulte, quominus ipse Presbyter et Cantores pro

tempore

tempore, possessionem Altarium iuriumq; et pertinentiarum prae-
dictarum, iuxta praeinsertarum literarum Apostolicarum et
nostri processus continentiam et tenorem, plenè et integrè
assequi, ac pacificè possidere, ipsorumq; fructus, reditus,
prouentus liberè percipere et habere valeant, dederint
seu alias in praemissis delinquentes fuerint. Extunc prout exnunc
et exnunc prout extunc singulariter in singulos, dicta sex dierum
Canonica monitione praemissa Excommunicationis sententiam fe-
rimus in his scriptis ac etiam promulgamus. Inhibentes
nihilominus Dno Loci ordinario Cracouien pro tempore, nec
non Capitulis Cracouien et Sandomirien Ecclesiarum praedi-
ctarum, ne in vilipendium Incorporationis, Vnionis, et An-
nexionis huiusmodi Altarium ac presbyteri et Cantorum praedicto-
rum praeiudicium et grauamen, de ijsdem Altaribus generatim
vel diuisim eorumq; fructibus, reditibus, et prouentibus aude-
ant quomodolibet disponere, aut huiusmodi ordinationem, dispo-
sitionem, de ipsis Altaribus, vt praemittitur factam immutare
siue etiam ipsis Presbytero et Cantoribus pro tempore, quominus Al-
tarium praedictorum Iuriumq; et pertinentiarum nec non fructuum, re-
dituum et prouentuum suorum possessionem, iuxta praedictarum
literarum Apostolicarum et praesentis nostri processus continentiam et
tenorem plenè et integrè assequi et pacifice possidere valeant, im-
pedimentum per se vel alium seu alios, directè vel indirectè publi-
cè vel occultè et alias quomodolibet facere praesumant. Quod si
secus fecerint, in contrarium aliquid disponendo vel immutando, aut
impedimentum praestantibus in praemissis, auxilium, consilium, vel fauo-
rem dando. Nos extunc prout exnunc et extunc prout extunc
trina dierum trium duntaxat Monitione Canonica praeuia in Capitula
dictarum Ecclesiarum Cracouien et Sandomirien Suspensionis
a Diuinis, et in ipsas ac quorumcunq; aliorum in praemissis delin-
quentium Ecclesias Interdicti sententias ferimus in his scriptis et
etiam promulgamus. Dno vero Loci Ordinario Cracouien
pro tempore, cui ob reuerentiam Pontificalis dignitatis deferendum

Inhibitio Dno Loci ordinario et Capitulis

Praeiudicium grauamen

Iuriu

Poena in Capitula

et Dno Loci Ordinario

B

duximus in hac parte, si contra præmissa seu aliquod præmisso-
rum fecerit per se vel personas submissas, prædicta trium dierum
Canonica monitione præmissa ingressum Ecclesiæ interdicimus in his
scriptis. Si vero huiusmodi Interdictum per alios tres dies præ-
fatos, sex dies immediate sequentes, sustinuerit ipsum simili Canonica moniti-
one præuia in eisdem scriptis suspendimus a Diuinis. Verum si
præfatas Interdicti et Suspensionis sententias per alios tres dies
præfatos, nouem dies immediate sequentes, animo quod absit susti-
nuerit indurato: ipsum extunc prout ex nunc et ex nunc prout
extunc prædicta Canonica monitione præmissa, in eisdem scri-
ptis sententia Excommunicationis innodamus. Præfatas quoque
literas et hunc nostrum processum ac omnia et singula in eisdem
contenta, volumus penes Presbyterum præfatum et Cantores rema-
nere, et non per vos seu aliquem vestrum, aut quemuis alium
ipsis inuitis quomodolibet detinere; Contrarium vero facientes
præfatis nostris sententijs prout per nos in scriptis sunt latæ
volumus ipso facto subiacere. Mandamus tamen Copiam fieri
de præmissis eam petentibus et habere volentibus, petentium
quidem sumptibus et expensis. In quorum omnium et singulorum fidem
et testimonium præmissorum præsentes nostras literas siue præsens
Publicum instrumentum huiusmodi nostri processum in se continentes exin-
de fieri et per Notarium publicum infrascripta subscribi et publicari
mandauimus, nostriq; sigilli appensione iussimus communiri.

Actum et Datum in monasterio Coprinnicen. in Domo
habitationis nostræ sub Anno a natiuitate Dni Millesimo
quadringentesimo quinquagesimo primo. Indictione quar-
tadecima. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Dni
nri Dni Nicolai diuina prouidentia Papæ quinti Anno quinto
die vero quarta mensis Mai hora tertia vel quasi. Præsentibus
Venerabilibus, Honorabilibus et Nobilibus viris Dominis
Magistro Jacobo de Schadeli Collegiatæ Sanctæ Mariæ Virginis
Sandomirien. Canonico. Leonardo in Coprinnica Joanne in
Wielawies Ecclesiarum Plebanis et Joanne de Pawlow hærede Cra-

couien.

couien̄ Diœcesis Testibus circa præmissa.

Et ego Stanislaus Floriani de Scarbimiria Clericus Cracouien̄ Diœcesis Publicus Imperiali Authoritate Notarius. Quia prædictarum literarum Receptioni Apostolicarum, Requisitioni, Altarium prædictorum Incorporationi, Vnioni, Annexioni, Decreti Appositioni Sententiarum fulminationi, alijsq; omnibus et singulis præmissis dum sic vt præmittitur agerentur et fierent, Coram præfato Venerabili Patre Dn̄o Petro Abbate Coprirunicen̄ Commissario et Executore vna cum prænominatis testibus præsens fui eaq; omnia et singula sic fieri vidi et audiui. Ideo præsens instrumentum publicum manu mea conscribens, exinde confeci, publicaui et in hanc publicam formam redegi, signoq; et nomine meis solitis et consuetis vna cum prænominati Domini Petri Abbatis et Commissarij et Executoris appensione sigilli consignaui. Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum præmissorum.

# Approbatio Summi Pontificis Incorporationis Altaris Sancti Laurentij

## Alexander VI Episcopus Seruus Seruorum Dei Ad Perpetuam Rei memoriam.

Ex iniuncto nobis desuper meritis quanquam insufficientibus Apostolicæ seruitutis officio, ad ea libenter intendimus, per quæ in singulis præsertim collegiatis Ecclesijs continuè benedicatur altissimus, et ministris ad hoc deputatis congruè correspondeant facultates, ex quibus in eorum necessitatibus opportunum valeant suscipere releuamen. Sane pro parte Dilectorum filiorum Collegij perpetuorum beneficiatorum Mansionariorum nuncupatorum Ecclesiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Sandomirien' Cracouien' Diœcesis nuper exhibita petitio continebat. Quod olim Altari Sancti Laurentij sito in dicta Ecclesia certo modo extra Romanam vacante Dilectus filius Petrus de Dąmbrowka Præpositus dictæ Ecclesiæ Commissarius ad hoc per Dilectum filium Fridericum tt Sanctæ Luciæ in septemsolijs Presbyterum Cardinalem, qui etiam Ecclesiæ Cracouien' ex concessione et Dispensatione Apostolica præesse dinoscitur, per eius literas speciales deputatus attenta tenuitate fructuum, redituum et prouentuum mensæ communis dictorum Collegij, quodq3 illi admodum diminuti erant, et ut dicti Mansionarij in eadem Ecclesia diuinis Officijs commodius interesse possent, et ex certis alijs rationabilibus causis tunc expressis, uocatis quorum intererat, nomen et titulum dicti Altaris Ordinaria Authoritate suppressit et extinxit, illicoq3 cum eius Decimis, fructibus reditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus vniuersis præ-

fatæ

fata mensa perpetuo, dicta Authoritate vniuit, annexuit, et incor-
porauit, prout in literis Authenticis ipsius Petri Episcopi desuper
confectis, eius sigillo munitis, dicitur plenius contineri. Cum
autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefati Mansionarij du-
bitent suppressionem, extinctionem, vnionem et incorporationem
predictam, ex certis causis, iuribus non subsistere et sicut ante
fuisse. Dictum Altare adhuc certo modo vacare noscatur, pro
parte ipsorum Collegij asserentium, quod fructus, prouentus, intro-
itus dicti Altaris quatuor marcarum argenti puri secundum
communem extimationem valorem annuum non excedunt; nobis
fuit humiliter supplicatum, vt Altare predictum Communi Men-
sa perpetuo denuo Vnire, Annectere et incorporare, aliasq; in
premissis oportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes
beneficia Ecclesiastica alijs vnirj; tenerentur exprimere verum va-
lorem secundum extimationem predictam etiam beneficij cui
aliud vnirj peteretur, alioquin vnio non valeret, et semper in vni-
onibus fieret commissio ad partes; vocatis quorum interesset
prefatos Mansionarios et eorum singulos, a quibuscunq; Excom-
municationis Suspensionis, et Interdicti, aliisq; Ecclesiasticis senten-
tijs Censuris et penis a iure vel ab homine quauis occasione
vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad
effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolven-
tes et absolutos fore censentes, necnon fructuum, reditum
prouentuum dicte mense veram Annuum valorem, ac dicti Al-
taris verum vltimi Vacationis modum; etiamsi ex illo quauis
generalis reseruatio resultet, presentibus pro expressis habentes
supplicationibus huiusmodi inclinati, Altare predictum quod sine
cura est, quouis modo et ex cuiuscunq; persona, seu per libe-
ram resignationem alicuius de illo extra dictam Curiam etiam
coram Notario Publico et testibus sponte factam, vacet, etiamsi tan-

to

to tempore uacauerit, quod eius Collatio iux Lateranen Con-
cilij statuta ad Sedem Apostolicam legitime reuoluta, ipsumq; Al-
tare dispositioni Apostolicæ specialiter reseruatum existat; et super
eo inter aliquos lis, cuius statum præsentibus haberi volumus pro
expresso, pendeat indecisa; dum modo tempore datæ præsentium
non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum, Cum omnibus Decimis
iuribus et pertinentijs supradictis præfatæ mensæ Authoritate Apostolica
tenore præsentium perpetuo vnimus, annectimus, et incorporamus; ita
quod liceat eidem Collegio per se vel alium seu alios corpora-
lem possessionem Altaris iuriumq; et pertinentiarum prædictorum
propria Authoritate libere apprehendere et perpetuo retinere,
illiusq; fructus, reditus et prouentus huiusmodi in suos et dictæ mensæ
vsus et vtilitatem conuertere. Diœcesani loci et cuiusuis alterius
licentia super hoc minime requisita. Non obstantibus voluntate
nostra prædicta ac felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui
prædecessoris nostri, alijsq; constitutionibus dictæ Ecclesiæ Beatæ
Mariæ, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia
firmitate roboratis, contrarijs quibuscunq;. Aut si aliqui super
prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel alijs beneficijs Eccle-
siasticis in illis partibus speciales vel generales dictæ Sedis
vel Legatorum eius literas impetrauerint, etiam si per eas ad
inhibitionem, reseruationem, et Decretum, vel alias quomodolibet
sit processum; quas quidem literas et processus habitos per
easdem et inde secuta quæcunq;, ad ipsum Altare volumus non
extendi; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum
aliorum præiudicium generari, et quibuslibet alijs priuilegijs, indul-
gentijs et literis Apostolicis generalibus vel specialibus, quocunq; te-
nore existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter
non inserta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel dif-
ferre, et de quibus quorumq; totis tenoribus de verbo ad uerbum
habenda sit in iuris literis mentio specialis. Prouiso quod propter
vnionem, annexionem, incorporationem nostras prædictas, dictum Al-

tare

Facultas mansionarijs data

183

tare debitis non fraudetur obsequijs, sed illius congrue supportentur Altare
onera consueta. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si
secus super his a quoquam quauis Auctoritate scienter vel ignoranter
contigerit attentari. Nulli ergo Hominum omnino liceat hanc paginam
nram nre absolutionis, unionis, annexionis, et incorporationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud S Petrum Anno Incarnationis Dominice 1504.
Millesimo quingentesimo septimo undecima Februarij
Anno Pontificatus nostri nono.

De Jure Cremata A. de Bosti
Jo. Lilius B. de Gisa

# Consensus V. Michaelis Abbatis et Conuentus Monasterij Calui montis S Crucis super incorporationem Prebende S. Adalberti extra muros Sandomir Mansionarijs. 1467

In nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam

Cum actiones humane fluxe sint et fragiles, et per successiones temporum abolentur sepenumero et decidunt, et in varias retorquentur questiones et ambiguitates: summopere necessarium et consentaneum est vt pro stabilimento earum literarum et testium munimine roborentur. Hec presertim que ad laudem ordinantur diuinam et animarum salutem et profectum. Proinde Nos Michael diuina patientia Abbas Nicolaus de Toschmyn Prior Paulus de Cracouia Suppnor Nicolaus de Chanczyny Custos, Ma

trias

thias de Pabianice Sacrista Mathias de Bielany Cancellarius totusq3 conuentus Monasterij Sanctæ Crucis Caluimontis Ordinis Sancti Benedicti, Cracouien Diœcesis. Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis tam præsentibus quam futuris qualiter considerantes Præbendam Sancti Adalberti Martyris extra muros Sandomirien sitam, cuius Iuspatronatus et Collatio ad nos et monasterium nostrum pertinere dignoscitur pleno iure, per eius Præbendarios et Rectores negligenter et dispendiosè hactenus, et pro sola temporalium prouentuum et decimarum, quibus dotata est perceptione et respectu administratam fuisse: assiduis interpellationibus precibusq3 Venerabilis Dni Ioannis Dlugosch Senioris Cracouien et Sandomirien Ecclesiarum Canonici, persuasi et permoti, de Iurepatronatus et conferendi præfatæ Præbendæ Sancti Adalberti, quod nobis in ea hactenus quacunq3 causa occasione aut titulo competijt, vel in futurum competere poterat quo quomodo, non per errorem aut improuidè, sed de certa nostra scientia et deliberatione matura et solenni, pro honore et amore Dei et laudis eius augmento animarumq3 profectu et in Ecclesiæ Beatæ Mariæ Sandomirien amplitudinem, commodum, et fauorem cessimus, illiq3 renunciamus et cessione et renunciatione perpetua et irreuocabili cedimus et renunciamus pro nobis et successoribus nostris purè et simpliciter per præsentes. Consentientes et annuentes planè et per expressum vt Reuerendissimus in Chro Pater Dominus Ioannes Cracouien Episcopus et quicunq3 alius ad id potestatem habens vel habiturus Titulum beneficij et Præbendæ præfatæ Sancti Adalberti, postquam et quamprimum eius vacatio legitima per cessum vel decessum et quocunq3 alio modo Venerabilis Domini Ioannis Dlugosch Iunioris Canonici Cracouien ipsius moderni Præbendarij interuenerit, perpetuo extinguat, et ex illa Mansionarios temporales et manuales, vnum duntaxat perpetuũ

Missa Cursum et cantum singulasq3 horas et Missam de gloriosa Virgine Maria, singulis ferijs sextis in qualibet septimana et

tredecim

tredecim diebus, ante festum Pascha Officium de Passione more alta et sonora perpetuis temporibus singulis diebus in prefata Sandomirien Ecclesia et in Capella Choro contigua. cantaturus constituat, creet, fundet, et erigat. Decimas manipulares prefatis Prebende Sancti Adalberti et quoslibet fructus, introitus, eiusdem ex equo percepturus. Proviso tamen quod prefati Mansionarij Capellam Sancti Adalberti extra muros Sandomirien prefatam per vnum ex eis officient, et edificia prefate Capelle in qualibet necessitate et casu redificient, reficiant et reparent. Et nos atq; Successores nostri habeamus ius perpetuum, solidum atq; firmum ex Mansionarijs ex huiusmodi Prebenda creandis eligendis et instituendis vnam tantumodo perpetuam Mansionariam et primariam, in signum Iurispatronatus et Collationis, quod in Prebenda Sancti Adalberti habebamus, perpetuis temporibus conferre. Et ad illos pro qualibet eius vacatione sine grauis impedimento vnam idoneam personam, aut in sacerdotio constitutam, aut qui teneatur infra vnum annum in sacerdotium promoveri, designare et nominare. In cuius rei testimonium presenter nostras Cessiones, resignationis et renunciationis donationis, largitionis, et translationis, voluntatis et consensus literas, per circumspectum et honorabilem Dominum Laurentium Petri de Wawrzyncyce Apostolica et Imperiali Auctoritatibus notarium Publicum et fidedignum huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum, scribi et publicari, nostrumq; sigillorum appensione iussimus communiri. Actum et Datum in Monasterio nostro Sancte Crucis prefato die Iouis quarta mensis Junij Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Presentibus venerabilibus et circumspectis Dominis, Magistro Jacobo de Schadek Decretorum Doctore Custode Premysliens et Canonico Cracovien. Christophoro Pauli de Dambrowziat Nicolao de Coprzywnica Joanne de Kamienic Notarijs publicis Clericis Cracovien et Camenecen Diocesium testibus ad premissa.

Et.

Et ego Laurentius Petri de Wa:
wrzynczyce Clericus Cracouien. Dio:
cesis Publicus Apostolica et Imperiali
Authoritate Notarius praefatiq3 Ve
nerabilis Patris Dni Abbatis et sui Con:
uentus et coram ipsius negotiorum et
facti praesentis scriba. Quia prae:
dictae Capellae Sancti Adalberti
extra muros Sandomirien. sitae pro
Mansionarijs in Ecclesia Collegiata
Sandomirien. fundandis, et erigendis
vna cum prouentibus eiusdem Cessio
ni, renunciationi, donationi et eius
dem Dominij in eos translationi omnibus alijs et singulis praemis
sis, dum sic vt praemittitur, agerentur et fierent vna cum prae:
nominatis testibus praesens interfui. Ideo hoc praesens publicum
instrumentum, per alium fidelem me alijs arduis legitime occu:
pato negotijs, scriptum, exinde confeci, subscripsi et publicaui
et in hanc publicam formam redegi signoq3 et nomine meis
solitis et consuetis vna cum dictorum Dominorum Abbatis
et conuentus sigillorum appensione de eorum mandato speciali
appensione communiui, rogatus et requisitus in fidem et testimo
nium omnium et singulorum praemissorum.

# PRIVILEGIV Lesconis Albi Ducis Poloniæ super Villas Okalina et Goiczow Anno Dñi 1204

In nomine Sanctæ et Indiuiduæ Trinitatis. Amen

Nunquam satis præsentibus consulitur, nedum futuris infortuniorum incursibus; quanto igitur incertior est futurorum et natura et euentus, tanto intricatius humanæ prouidentiæ consilium. Studendum tamen est solertius et agendum, ne quid neglectu vel temporis vetustate obrepat, quod gestorum robur vel in alteram transfiguret formam, vel penitus extinguat. Nam vetustas et marmoreas demolitur imagines et aureas decrustat. Qua re considerata ego Dux Polonorum Lesco præsenti paginæ commendari iussi deuotionem Sandomirien. Præpositi Magistri Vincentij super prædictorum collatione Okalina et Goiczow, quæ nostro cænobio de Szulsiow, pro remedio animarum parentis nostri et matris nræ, nec non omnium parentum nostrorum et suorum contulisse dinoscitur. Cuius pietatis donationem ratam habemus et amplectimur, nostraq; Authoritate perpetuis valituram temporibus roboramus, omnesq; in omnibus libertates, quas eiusdem Cænobij fratribus noster Progenitor Dux piæ memoriæ Casimirus vel nostraq; liberalitas contulit, inconcussa et inuiolabili manere stabilitate præcipimus. Ne coloni eorum in his quæ iam dictus Magister Vincentius eis contulit, vel in alijs ipsorum commorantes prædijs, angarias vel Parangarias vel solutiones vllas, aut forenses iudices agnoscant; a Castrensibus etiam et publicis expeditionibus exempti muneribus sempiterna immunitate gaudeant. Quod si quis violare præsumpserit omnipotentis Dei indignationem et nostram se noverit seueritatem incursurum. Ego Vincentius quondam Sandomirien. Præpositus, nunc vero Ecclæ Cracouiensis indignus Episcopus, donationem

NB Hoc Privilegium Authenticum videatur in Archivo nostro in Pargameno expressum, signatum Literâ C

prædiorum prædictam a me factam et a Duce Leskone cor-
roboratam sub anathematis interminatione confirmo. Huius
rei testes hi sunt. Henricus Archiepiscopus, Cracovien' Episcopus
Fulco. Episcopus Plocen' Gedeon. Episcopus Cuiavien' Oge-
rius. Cancellarius Iwo. Abbas de Andreow Viadrus. Ab-
bas de Camena Guido. Abbas de Coprivnica Stachius. S.
Crucis abbas de monte Calvo Simon. Petrus Decanus
Joannes Cantor. Comes Woytech. Comes Paroslaus Ja-
cobus, Adam Dobeslaus Zudo Bernardus, Petrus, Dobesla-
us Zulaza et alij plurimi.

# CONFIRMATIO
## Possessionis earundem Villarum per Vladislaum Loketkonem Regem Poloniæ facta.

In nomine Domini. Amen

Cum res gestas aboleat processus temporis, confirmat
illas sollennis titulus literarum. Proinde Nos Vladislaus Dei
gratia hæres Regni Poloniæ, Dux Cracovien', Sandomirien'
Siradien', Lancicien' et Cuiaviæ, notum esse volumus uni-
versis tam præsentibus quam futuris, noticiam præsentium
habituris. Quod dum lis mota esset inter Petrum Abba-
tem domus Szulerovien' ex una parte, et Hedvigim relictam
Jacobi filij Moykonis et filios ipsius Stanislaum et Thomi-
slaum ex parte altera; pro hæreditatibus quæ okalina et
Goiczow vulgariter nuncupantur. Quam hæreditatem Hedvigis
relicta Jacobi cum filijs suis prædictis dicebant ab ijsdem Fra-
tribus per commutationem legitime possidere; Abbas vero
prædictus cum conventu suo negabant dicentes nunquam cum ipsis
vel aliquo alio fecisse aliquam commutationem, nec easdem hæ-

reditates

reditates cum ipsis vnquam pro alijs bonis commutasse. Tandem ipsis iudicio contendentibus pro hæreditatibus supradictis et eandem causam militibus nostris iudicantibus et discutientibus videlicet Parcossio Pincerna et Mirzcone subiudice Sandomiriensibus, Prædictus Abbas supradictas hæreditates in eis vero iudicio acquisiuit. Nos vero considerantes iustitiam dicti Abbatis et conuentus ipsius, scientes pro certo ipsos fuisse veros et legitimos esse possessores et hæredes hæreditatum prædictarum, easdem hæreditates ipsis adiudicamus appropriamus, et præsenti priuilegio confirmamus, iure hæreditario in perpetuum possidendas: parti aduersæ et eorum successoribus super repetitione et requisitione prædictarum hæreditatum perpetuum silentium imponentes. Insuper pro remedio animæ nostræ et nostrorum prædecessorum damus ipsis ius Theutonicum Brodense siue supremi fori sup ijsdem hæreditatibus, prout et alijs hæreditatibus ipsorum a nobis habere dignoscuntur. In cuius rei testimonium præsens priuilegium scribi fecimus et nostri sigilli munimine roboramus. Actum Anno Dni Millesimo, trecentesimo decimo quinto. Præsentibus nobilibus nostris Prandota Cracouien Paroslao Sandomirien Clemente Siradien Petro Visliceñ Thomislao Sadecen Castellanis Adamo Iudice Cracouien Dño Stanislao Cracouien Dño Nicolao Lancicien Francisco Siradien Cancellarijs et alij pluribus fide dignis. Datum Cracouiæ die Sanctæ Trinitatis per manus Iacobi Notarij Curiæ nostræ.

#

# VENDITIO
## Villarum Okalina et Goiczow Mansionarijs facta.

Nos Ottho de Plechow Judex et Joannes de Biechow Subiudex Terrae Sandomirien. Generales. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis tam praesentibus quam futuris praesentium noticiam habituris. Qualiter venientes ad conspectum et praesentiam nostram Venerabilis Honorabiles et Religiosi patres, Dominus vidt Nicolaus Abbas cum suo conuentu de Szuleiow, Gnesnensis Diaecesis Ordinis Cistercien., recognouerunt et publice fassi sunt. Quia non per errorem aut improuide sed saluo habito consilio et totius Monasterij deliberatione et consensu, commodis et profectibus Monasterij prouisuri duas villas et haereditates earum Monasterij, videlicet Okalina et Goiczow in terra Sandomirien. et in districtu eiusdem, prope magnam Opathow sitas, et quae hactenus ad eos et Monasterium eorum Szuleiowien. pleno iure et dominio pertinebant Venerabilibus et Honorabilibus Dominis Petro Praeposito Georgio Szaro Decano, Nicolao de Senno Archidiacono Otthe de Szczekarzowice Cantori, caeterisque Praelatis et Canonicis nec non Mansionarijs Ecclae Sandomirien. praefatae, praedictoque Dnō Joanni Dlugosz Seniori dictorum Mansionariorum prouisori, pro duobus millibus Marcarum, latorum grossorum Pragensium monetae Bohemicalis, numeri vero Polonicalis, quadraginta octo grossos in Marcam quamlibet computando, venditione et resignatione perpetua et irreuocabili vendiderunt et resignauerunt, venduntque et resignant cum omnibus earundem villarum, agris, pratis, nemoribus, gajis, piscinis, Molendinis, Scultetis Scultetijs praedijs

Curijs

nostri anno Decimo tertio Praesentibus ut supra Datum per manus eiusdem ut supra

Relatio Domini Petri de Thomice Episcopi Praemislien et Regni Poloniae Vicecancellarij. Nos itaque supplicationi praefatae benigne annuentes praeinsertas literas ex Actis Cancellariae nostrae descriptas tradi mandauimus, statuen et edicentes hoc praesens illarum rescriptum non minoris authoritatis esse debere quam earum Originales. In eiusque rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Warschouiae die quindecima Mensis Februarij Anno Dni Millesimo quingentesimo Octuagesimo Regni vero nostri Anno quarto.

Joannes Borukonski
R. P. Vicecancellarius

Cuius Priuilegij beneficio Mansionarij hucusque gaudent et vigore illius hoc tantum emolumenti habent quod ab oneribus Castrensibus et solutione Auenae, quibus aliae Villae spiritualium subiacent liberi et immunes sunt.

Circa hoc Priuilegium Sigismundi Primi notandum est. Quod praefatae Villae Chalina et Goiczow, quam ob causam non constat vera ne an ficta commutatione (sed verissimilius quod ficta cum et in isto Priuilegio emptio nominatur non commutatio) in possessionem Magnifici Dni Christophori Sydlowiecki Palatini et Capitanei Generalis Cracouien et Regni Cancellarij deuenerant. pro Decimis quibusdam circa Opatow existen vt Kietulisko, Bukowiany, Jalowesy Truskolasy, quarum Decimarum Mansionarij possessionem non habuerunt. Postea per venditionem vel successionem ad Magnificum Janussium Ducem in Ostrog Castellanum Cracouien et alios affines deuolutae sunt. Quas villas postea post annos 80 circiter post multas difficultates et processus iuridicos, tum denique post corporale iuramentum Praecentoris

et

et Mansionariorum cum sex nobilibus super hanc rotam factum; quod praefata bona Okalina et Goiciow sint propria et haereditaria Mansionariorum, quod nullam commutationem cum praefato Stydlowiecki fecerint, quod nullas Decimas rationes commutationis recipiebant, et quod pro praefatis bonis iure agere non neglexerunt. Judicium generale Lublini Tribunalis Regni Mansionarijs sub poena decem millium marcarum adiudicavit et in praesens Mansionarij in possessione illarum sunt.

# PRIVILEGIVM

Casimiri ... Sigismundi

## ~~Sigismundi primi~~ et Stephani Regum Poloniae sup Praedium Mansionariorum dictū Lukaszowskie.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Litwaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kiowiae, Wolyniae, Podlachiae, Livoniaeq; etc. Haec non Princeps Transylvaniae. Significamus his literis nostris quorum interest universis et singulis earum notitiam habituris. Productas et monstratas fuisse coram nobis, nomine Mansionariorum Ecclesiae Collegiatae Sandomiriensis literas Divi Casimiri Regis Antecessoris nostri laudatissimi in charta membranea conscriptas, subscriptione Creslai Cancellarij, et appensione sigilli minoris munitas, integras, non viciatas, omniq; sinistra suspicione carentes. Supplicatum quoq; simul nobis est ut easdem, et omnia in illis comprehensa authoritate nostra Regia approbare et confirmare dignaremur. Porro

tenor

bati et suo conuentui Szulcowien. Suisq; successoribus In testi:
monium omnium premissorum sub nre Authoritatis Regiae decreto
dari mandauimus. Decernentes venditionem huiusmodi duarum
Villarum et Scultetiae praefato Joanni Dlugosz et Ecclae et man:
sionarijs Sandomirien. factam non alienationem dici aut uocari
neq; vim alienationis sapere, sed iustam, laudabilem, et fru:
ctuosam commutationem continere, censeriq; et ab omnibus ae:
stimari debere, Nostriq; sigilli subappensione iussimus commu:
niri. Datum in Noua ciuitate Korczyn feria secunda post
Festum Sancti Mathaei Apostoli et Euangelistae Anno Dni Millesimo
quadringentesimo septuagesimo sexto. Praesentibus Magnificis 1476.
Derslao de Rythwiany Cracouien. Jacobo de Dambno Sandomirien.
et Capitaneo Cracouien. Sobeslao Limitha de Wisnicz Lublinen.
Stanislao Wantrobka de Strzelce Belzen. Palatinis. Joanne
de Rythwiany Regni Poloniae Marschalco Sandomirien. Sobeslao
de Byschow Belzen. Eustachio de Sprowa Radomien. Castellanis.
Et alijs quam plurimis Consiliarijs et Curiensibus nostris syncere
nobis dilectis. Datum per manus Venerabilis Vrielis de Gorka
Gnesnen. et Posnanien. Ecclarum Praepositi Canonici Cracouien.
fructuumq; Cameraeae Aplicae in Regno Poloniae Generalis Col:
lectoris ac Regni nri praefati Cancellarij syncere nobis dilecti

Vriel Cancell.
MPP

nb Hoc Priuilegium videatur in Pargameno
sub Litera K. in nostro Archiuo

# Priuilegium Regis Si:
# gismundi primi libertatis a con:
# tributione Castrensi

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux
Lituaniae Russiae Prussiae Masouiae et Princeps Transyluaniae

Significamus his literis nostris quorum interest, vniuersis
et singulis earum notitiam habituris. Supplicatum nobis fuisse vt
has infrascriptas in Actis Cancellariae nostrae contentas describi
et sigillo regni munitas extradi mandare dignaremur. Earum

vero

uero literarum tenor de verbo ad uerbum in Actis Cancellariae nostrae talis habetur.

In nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus etc. Quia habentes rationem longissimorum temporum fidelium seruitiorum Magnifici Christophori de Szydlowiecz Palatini et Capitanei generalis Cracouien. ac Regni nostri Cancellarij, nec non Siradien. etc. Capitanei, syncere nobis dilecti, quibus nobis diligentissime studuit placere, studetque de praesenti. Volentesque igitur virtutis suae et meritorum, gratum reddere testimonium, duas Villas eius haereditarias Okalina et Goiczow in terra Sandomirien. sitas, per eundem Christophorum ab vniuersitate Mansionariorum Sandomirien. de consensu Sanctae sedis Apostolicae et nostro speciali emptas, veluti de iure Ecclesiastico in ius saeculare commune Regni nostri per earum alienationem translatas, ab omni tributo et solutione auenae, quae nobis et nostris antecessoribus de praefatis Villis Okalina et Goiczow ad castrum nostrum Sandomiriense contribui et solui consueuerat, ex certa scientia et speciali gratia Regijs nostris absoluendum eximendum et liberandum duximus absoluimusque liberamus, et eximimus, easque ipsas villas eiusque incolas praesentes et futuros cum omni iure, et dominio ac proprietate iuri saeculari Regni nostri communi ascribimus, annectimus et inuisceramus et incorporamus praesentibus in perpetuum. Quocirca tibi Generoso Stanislao Szafraniec de Pieskowa Skala Castellano Sandecen. et Capitaneo Sandomirien. moderno, et alijs pro tempore existentibus Capitaneis Sandomirien. Mandamus, quatenus praedictos incolas Villarum praedictarum Okalina et Goiczow ad solutionem praefati tributi Auenalis nullo pacto compellare et arctare audeatis et secus pro gratia nostra facere non ausuri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est superappensum. Actum Cracouiae feria quarta infra octauas Ascensionis Dni Anno eiusdem Millesimo quingentesimo decimo nono. Regni vero

nostri

Curijs, domibus, fluminibus, torrentibus, virgultis, sareptis, reditibus et obuentionibus vniuersis, quae ibi hactenus sunt vel in posterum quacunque arte vel ingenio esse poterunt. Et cum omni iure et dominio, prout soli hactenus tenuerunt et habuerunt. Et prout eaedem villae in suis metis terminis et gadibus in longum et in latum et circumferentialiter sunt limitatae ab alijs haereditatibus et distinctae Nihil sibi prorsus aut Monasterio Szulciowien. Iuris proprietatis aut dominij in eisdem villis reseruando. Promittentes et se obligantes praefatos Dnos Praelatos et Canonicos et Mansionarios Sandomirien. Ecclae praefatae et dictum Dominum Joannem Dlugosz Seniorem, ab omni impedimento, molestatione, impetitione cuiuslibet personae sexus vtriusque tueri, euincere, intercedere et liberare iuxta iuris formam secundum quam ad quamlibet personam pertinet praescriptio. Et Ministerialis Strunka datus est ipsis de iure in easdem villas ad intromittendum iuris ordine seruato. Harum quibus in testimonium literarum sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum Sandomiriae feria secunda in crastino Festi Sancti Joannis Baptistae Anno Dni Millesimo quadringentesimo Septuagesimo. Praesentibus his Magnificis et Nobilibus Dominis Joanne Felice de Tharnow Castellano Visliceni Andrea de Ossolin. Joanne de Oleschnica, Joanne Felice de ibidem, Joanne de Mielec Joanne de Chobrzany Lucassio de Slupcza Joanne de Bosthow Et alijs pluribus fide dignis Testibus ad praemissa. 1470

nb. Instrumentum authenticum hujus Venditionis videatur in Pargameno sub Litera I.

# CONFIRMATIO
## Venditionis per Casimirum Regem Poloniæ Magnum Ducem Lituaniæ facta.

Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæq; Dominus et Hæres. Ad perpetuam rei memoriam. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis tam præsentibus quam futuris. Qualiter venerabilis et Religiosus Frater Nicolaus Abbas et suus conventus Szuleowien' Ordinis Cistercien' Diœcesis Gnesnen', Provida industria attendentes ex duabus Villis et Sculteria eorum Okalina videlicet et Goiczow in terra Sandomirien' et prope Magnam Opathow sitas, quas illis Vincentius Kadlubkonis de Karwow olim Episcopus Cracovien' cum omni proprietate et dominio in Eleemosynam contulerat, tenuem et modicam habere utilitatem a Monasterio eorum Szuleowien' longa distantia elongatas; ipsas Venerabili Joanni Dlugosz Seniori Canonico Cracovien' et Ecclesiæ ac Mansionarijs Sandomirien' pro certa pecuniæ summa venditione perpetua et irrevocabili, nostro Regio consensu accedente vendiderunt, resignaverunt, et reformaverunt. Non alienaturi aut distracturi Villas præfatas et Sculteriam a Monasterio præfato suo Szuleiowien', sed Villam optimam Blogie meliorem et Monasterio illorum viciniorem de nostro etiam speciali consensu Regio, pro pecuniis a dicto Joanne Dlugosz Seniore receptis, additione ampliori sui æris facta realiter et cum effectu coemit, et bona Monasterij sui notabiliter, de quo præsentibus universis perhibemus testimonium auxit et ampliavit. Ne itaq; Venditio præfatarum Villarum et Sculteriæ in Okalina et Goiczow per dictum Nicolaum Abbatem et conventum Szuleowien' facta possit a quolibet mortalium maligno interprete quoquomodo calumniari, aut in partem alienationis quacunq; occasione aut colore trahi, præsentes nostras literas non per errorem aut improvide sed de certa nostra scientia Regia præfato Nicolao Abbati

tenor earum literarum de verbo ad verbum fuit iste.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam.

Cum Christiano Principi nihil magis dignum et conveni:
entius videatur esse, quam ad ea quae pro cultu diuino
aut ministris Ecclesiae iugi studio et continua orationum decan:
tatione deo famulantibus erogantur, Authoritatem et ad:
missionem Regiam, liberaliter benigniterque nedum adijcere
et adhibere; verum etiam pia cuiuslibet opera promouere
vt exinde in praesenti agibilium suorum omnium prosperitatem
et in futuro beatitudinem consequi mereatur. Proinde
Nos Casimirus Dei gratia Rex Poloniae, nec non terrarum
Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Cuiauiae, Lanciciae, Magnus
Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae ac Culmen Elbingenque Po:
meraniaeque Dominus et haeres &c. Significamus tenore prae:
sentium quibus expedit vniuersis et singulis praesentibus et
futuris harum notitiam habituris. Quia Nos annuentes
Reueren in Christo Patris Dni Ioannis Episcopi Cracouien
syncere nobis Dilecti postulationi intercessioniqs diligenti,
pro parte Venerabilis Petri Lucae de Sandomiria Praepositi
Ratiborien, volentes nonnihil de ipsius paternis bonis ad Di:
uini cultus augmentum erogare, factis, De certa nostra scien:
tia, deliberationeque et virtute Regia eidem Petro Lucae de
Sandomiria, Praedium eius haereditarium paternum Lukaszo:
wski dictum in antevrbio Sandomirien Ciuitatis, ad ualuas
quibus in magnam Opathow itur, inter agros Aduocatiae ex
vna, et Famosi Sigismundi ciuis Sandomirien partibus ex
altera situatum, cum agris, pomario, horto, et piscina ad
praedium illud pertinentibus, Honorabilibus Mansionarijs congrega:
tionique toti eorum, in Capella Ecclesiae Collegiatae Sanctae
Mariae Sandomirien iamdudum institutorum et existentium, ra:
tione certarum piarum precum et orationum ad Dei omnipotentis

Clementiam

clementiam pro anima parentum et ipsius Petri, iux ordinati-
onem in Spirituali iudicio faciendam, decantandarum, dandum
donandum, eisdemq Mansionarijs incorporandum, vniendum et
inuiscerandum consensimus et admisimus, consentimus et admit-
timus, tenore praesentium mediante in perpetuum per ipsos Mansi-
onarios et conuentum seu congregationem ipsorum, iuxta dona-
tionis descriptionem in saeculari foro faciendam, tenen, haben
possiden et vtifruen pacifice in aeuum. Quod quidem
Praedium cum agris, horto, pomario, et piscina praedictis iuris-
dictioni et immunitati Ecclesiasticae ascribimus et annectimus
decernen, quod potestati et iuri Ecclesiastici subiiacere debe-
+ ant ex nunc in perpetuum. Nostris tamen et ciuilibus
iuribus, quoad consuetudinem et Censuum redditionem satis-
factionemq remanentibus saluis. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum est praesentibus subappensum. Actum
Cracouiae feria secunda post Festum Sancti Iacobi Apo-
stoli Anno Domini Millesimo quadringentesimo octa-
1487. agesimo septimo. Praesentibus ibidem Reuerendo in
chro Patre Domino Ioanne Episcopo Cracouien praefato
Necnon Magnificis, Venerabilibus, Generosis, Strenuis
et Nobilibus Iacobo de Dambno Castellano et Ca-
pitaneo Cracouien. Dobeslao de Kurozwanki Pala-
tino Lublinen. Ioanne de Theczyn Wisliceń Nicolao
de [illegible] Bieceń et Capitaneo Lublinen. Ambrosio
[illegible] Rosperien, Castellanis. Creslao de
Kurozwanki Cancellario; Petro de eadem Kurozwan-
ki Thesaurario. Georgio de Lubranicz Vicecancella-
rio Regni nostri. Sbigneo de Thacin Succamerario
Nicolai de eadem Thecin Gladifero Cracouien.
Stanislao de Brzezie Curiae nostrae Marschalco et alijs plu-
ribus fide dignis testibus circa praemissa. Datum per

manus

manus praefati Venerabilis Creslai de Curozwanki Regni nostri Cancellarij sincere nobis Dilecti. Relatio Venerabilis Creslai de Kurozwanki Regni Poloniae Cancellarij.

Creslaus Cancellarius ppt

Nos itaque supplicationi illi nobis factae benigne annuentes, praeinsertas literas omniaque et singula in illis comprehensa, Authoritate nostra Regia, quantum tamen iuris publici rationes permitterent approbandas et confirmandas esse duximus; uti sane per praesentes literas nras approbamus, confirmamus, roburque et pondus suum iustum et debitum perpetuo obtinere debere decernimus. Cupientes praeterea benignitatis et clementiae nostrae Regiae in ipsos Sandomirienses Mansionarios perpetuum monimentum extare, pro Nostra in Ecclesias earumque ministros animi propensione, illud ipsum Praediolum in praeinsertis Diui Casimiri Regis literis specificatum, ab omnibus Censibus et pensionibus ciuilibus ac oneribus etiam, quibusuis, nullis prorsus exceptis, liberum immune et absolutum in perpetuum facimus et pronunciamus ab omniqz potestate et iurisdictione Ciuilis Magistratus Sandomirien: sed illud iuxta praescriptum ipsius Priuilegij Diui Casimiri immunitati et libertati Ecclesiasticae ascribimus et incorporamus. Volumus tamen illud teneri ad contributiones publicas laudatas et laudandas. Harum testimonio literarum, quas in fidem praemissorum manu nostra subscripsimus et sigillo Regni nostri muniri mandauimus. Datum Cracouiae die secunda mensis Decembris. Anno Dni millesimo quingentesimo septuagesimo octauo 1578 Regni vero nostri Anno tertio

Stephanus Rex mppp

# COLLEGIVM Mansionariorum Ecclæ Collegiatæ Sandomirien. B. Mariæ V.

Nonnulli amore et deuotione in Deum feruentes viri, præmium sibi et retributionem æternam comparaturi, Collegium Mansionariorum in Sandomirien. Ecclesia in decus et gloriam Virginis sanctissimæ Mariæ Dominæ nostræ, psalmodiam in horis diurnis et nocturnis expleturum constituere et perpetua fundatione erigere magnopere conati sunt. Inter quos primarius fuit Magister Nicolaus Leiszer Sacræ Theologiæ professor Archidiaconus Sandomirien. Qui apud Dobrogostium de Samotuly Castellanum Posnaniensem, datis illi Ducentis octuaginta Marcis latorum grossorum, perpetuo sub spe tamen reemptionis in Villis suis hæreditarijs in Maiori Polonia inscriptas. Item apud Nicolaum Tomicki super villam Giwno inscriptas datis illi triginta Marcis latorum Grossorum duas Marcas coemerat, annisque multis ex Censibus huiusmodi sustentata, Petro Rog de Swiazdowo Vicepræposito Sandomirien. Calices ornatus, libros, et alios apparatus officio et ministris largiente, res diuina et iubilatio in Capella Ecclæ ad meridiem contigua procedebat. Perierat tandem et in totum absorpta erat. Dum Hinca de Rogow Castellanus Sandomirien. pecunia Capitali Ducentarum et octuaginta Marcarum latorum grossorum a Dobrogostio de Samotuly accepta et Censum decem et octo Marcarum latorum grossorum in se et villam suam Rogow translato et inscripto, villam ipsam Rogow alijs, onere Census subpresso vendidit, et contractum a se cum Ecclesia Sandomirien. celebratum penitus extinxit et euacuauit

Quod Joannes Dlugosz Senior tunc Canonicus Sandomiriensis non ferens, traxit illum in iudicium, et Capitali Summa ab eo iuridice repetita, sexingentis Marcis adiunctis duas Villas Okalina et Goiczow pro mille marcis emit pro Mansionarijs et Praebendam suam Sancti Adalberti ex muros Sandomirien. et Altare Sanctae Hedwigis contentato Altarista Mansionarijs incorporari procurauit, atque ex his corpus Mansionariae contexuit. Praebendae aut Sancti Adalberti haec quondam fuerunt et quae nunc sunt Manipulares Decimae.

Fundatio autem Mansionariorum facta est per Joannem Luthonis Episcopum Cracouiensem ad instantiam praefati Joannis Dlugosz Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo

# In nomine Domini Amen

# ERECTIO Mansionariorum Sandomirien Ecclesiæ Collegiatæ B. M. V.

1470.

## Ad perpetuã rei memoriam.

Ad hoc vniuersorum mortalium ferri debet conatus et intentio, ad hoc iugiter adspirandum, elaborandum et enitendum est singulis, in præsenti valle erumnarum constitutis, vt Illustrissimam et gloriosam Dei Genitricem Mariam Virginem, Angelos vincentem puritate, sanctos superantem claritate, iugiter veneremur obsequijs, et continuum illi impendamus et honoris et seruitutis famulatum. Cuius sacratissimus vterus largo spiritus sancti imbre perfusus diuinitatis vtrasq; naturæ salua concipiens, damnato et perdito homini, et saluati; orem et redemptionem afferens, ciuitatis supernæ Hierusalem illi aditum patefecit. Hæc est inuentrix gratiæ, mater salutis cuius integritas corruptionis nostræ culpam excusat; cuius humilitas vanitati nostræ meretur veniam; charitas multitudinem peccatorum cooperit; et interesso ad visionem speculi Beatæ dictæ Trinitatis perducit.

Proinde nos Joannes Dei gratia Episcopus Cracovien significamus tenore præsentium quibus expedit Vniuersis tam præsentibus quam futuris. Qualiter summo satagentes desiderio vt præfatæ Virginis beatæ dictæ Mariæ laudis præconium vbiq; et præsertim in Ecclesia Sandomirien Collegiata nostræ Diœcesi suo nomini dicata, resonet vbiq; concrepet et singulari ministerio officium suum in cantu explicatur ad honorem Omnipotentis Dei et præfatæ Virginis beatæ dictæ in Ecclesia præfa

B. Mariæ Sandomirien, in Capella eidem contigua, octo Mansionarios, actu presbyteros, de præfata Virgine gloriosa diurnas et nocturnas horas in cantu expleturos; quorum vnus et vltimus Clericatus fungatur officio, fundandos, creandos, et erigendos duximus, præsentiumq; tenore fundamus, creamus, et erigimus. Pro quorum sustentatione Præbendam Sancti Adalberti extra muros Sandomirien, cum suis Decimis et introitibus, vczt in Nawodzice, Jagnin, Coprzywianka, in Rybnica, in Krolewice Gieraszowice. Item post agros nonnullorum suburbanorum oppidi Sandomirien in loco qui klin appellatur, vnam Marcam annuæ solutionis pro Decima reddentes. Item Hortum penes Ecclesiam Sancti Adalberti situatum, per Venerabilem D. Joannem Dlugosz Juniorem Canonicum Cracovien ipsius Præbendæ Sancti Adalberti vltimum et immediatum possessorem in nostris manibus sponte et libere resignatam. Cuius quidem Præbendæ Sancti Adalberti titulum, sub ratihabitione et speciali consensu Venerabilis Domini Michaelis Abbatis et conuentus Monasterij Sanctæ Crucis Ordinis S. Benedicti nostræ Diœcesis, eiusdem Præbendæ S. Adalberti patronorum et Venerabilium fratrum nostrorum Prælatorum et Canonicorum Cracovien extinguendum duximus et extinguimus per præsentes. Item Altare Sanctæ Heduigis nostræ ordinariæ collationis in eadem Ecclesia situm, cuius titulus dudum in effectum huiusmodi Mansionariorum et Apostolica et ordinaria authoritate fuit et est suppressus et extinctus; et quem pro cautella ampliori ex resignatione Honorabilis Alberti Gorny coram nobis facta etiam per præsentes extinguimus, cum Decima Manipulari in Villa Gnieszowice post omnes et singulos agros Prædiales et Cmethonales, hortulanorum et tabernariorum, qui ibi hactenus sunt, vel in posterum essent, nihil pro aliquo excipiendo.

Item duas Villas, vczt Okalina et Goiczow prope magnam Mathow sitas, cum earum scultetijs, prædijs, gais, piscinis [illegible]sibus et prouentibus vniuersis, apud Venerabilem D. Nicola

um

Nb S. Ad.

Capella S. Adalberti

Numer. Mans.

Vltimus [illegible] contra fungatur officio

NB.

Matutinale cum versu et repetitione Tenebrae factae sunt dum crucifixissent Jesum Judaei &c et eo finito residuum Missae in cantu prosequendo. Statuendo insuper et his adijciendo ut praefati Mansionarij praedictum Officium de Passione quindecim diebus ante festum Paschae incipiendo a Dominica Passionis quae Judica intitulatur universaliter et singulis diebus usque ad Festum Paschae exclusive, Beatae Mariae Virginis Officio interim intermisso, subiungendo post eleuationem Corporis Christi praedictum Responsorium Tenebrae factae sunt compleant et in cantu peragant. Quod ut liberius atque gratius omni nausea et fastidio exclusis possint perficere et explere, omnibus diebus praedictis, quibus Officium Passionis ut praemittitur ex nostra praesenti institutione in cantu egerint, ipsos a cursu et horis Beatae Mariae Virginis legendis et explendis libertamus et absoluimus, et Officium Beatae Virginis ipsis et cuilibet ipsorum in Officium Passionis illis tantummodo diebus in praesenti nostro Priuilegio descriptis commutamus. Insuper omnibus Christi fidelibus contritis tantummodo et confessis, qui praedictam Missam de Passione, nec non et dictum Responsorium Tenebrae factae sunt cantauerint, legerint, vel audiuerint, de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli authoritate confisi, Quadraginta dies Indulgentiarum impartimur, et de iniunctis illis poenitentijs misericorditer in Domino relaxamus.

NB Obligatio semper legendi Officium de Beata Etiam extra Chorum sive pro tempore, quo vacat a Choro videtur, adesse.

Item statuimus et ordinamus ut praefati octo Mansionarij et pro Dei et Ecclesiae honore, et ut status et conditio eorum possit dignosci superpiliciati et in Almutijs ex pellibus Aspergellinis dispositis per omne tempus Anni in Ecclesia Sandomirien. infra diuina et dum horae diurnae et nocturnae canuntur, incedant et incedere ac processibus et thurificationibus eiusdem Ecclesiae, quandocu[illegible] et quomodocunque illas agi contigerit personaliter ad[illegible] teneantur et sint adstricti

NB Dalmu[illegible]

Volumus insuper et decernimus ut praefati octo

nary sint monoculi, nullum aliud beneficium habentes, sed
Beneficium Offm. nec Vicariatus alicuius officium, actu presbyteri, et qui per-
sonaliter circa officia sua facere sint astricti residentiam.
Quod si aliquis eorum beneficium vel officium consecutus fu-
erit, eo ipso Mansionarias vel Mansionariam huiusmodi al-
teri per eos ad quos pertinet, mandamus et volumus idoneo
conferri.

Diuagatio NB. Diuagationem insuper omnem prefatis Mansionarijs pro-
hibemus et interdicimus, nisi in causa ineuitabili et vrgente.
Quae si acciderit teneantur apud Capitulum Sandomirien.
digna verificatione innotescere, et non nisi cum consensu
et licentia prefati Capituli facere discessionem. Licen-
Licentia tiam autem volumus eis per Capitulum nisi ad vnum men-
sem absentandi concedi. Quod si aliquis vel propria
sponte discesserit, vel licentia obtenta infra mensem non
redierit, in locum eius volumus et mandamus alium ido-
nb neum per eos qui ius disponendi habent surrogari.

Item volumus et ordinamus quod prefati Mansio-
Lecta ad S. Anarij et Praebendam Sancti Adalberti et Altare Sanctae
Heduigis per vnum ex eorum Collegio officient, legendo
vnam Missam singulis diebus Dominicis in Ecclesia San-
cti Adalberti, et Dedicationis die illic Missam cantando.
Missae duae Circa vero Altare Sanctae Heduigis duas singulis se-
Altare ptimanis legendo Missas, vnam pro Defunctis alteram
Heduigis pro peccatis.

Item statuimus et praecipimus et ordinamus quod
113 prefati Mansionarij annis singulis in quibuslibet quatuor
temporibus ferijs quartis agant perpetuum Anniuersarium
[illegible] vero nouem lectionum et Missam Defunctorum.
[illegible]bus diebus non tenentur ad cantandum officium de Do-
nostra: Caetera tamen officia nocturna et diurna
explere volumus illa die.
Item volumus et ordinamus, quod prefati Mansi-
onarij

um Abbatem et Conuentum Monasterij Szulecionien pro du-
obus millibus Marcarum latorum grossorum per Venerabilem
D. Joannem Dlugosz Seniorem Canonicum Cracovien et
Sandomirien de speciali consensu Regio emptionis perpetua
comparatas. Item lacum prope Zamiechost vocatum Pa-
trianowskie Jezioro per Petrum olim Vicepraepositum Sando-
mirien apud nobilem D. Zarnkowski Subiudicem Sandomi-
rien pro quadraginta Marcis pecunie coemptum quator Mar-
cas annui Census soluentem. Item Braseatorium muratum
Sandomirie in acie inter Ecclesiam Sancte Marie Magdale-
nes et inter domum muratam Vicariorum Sandomirien in
platea Castrensi consistentes. Item duas domus lignea
cum areis in predicta ciuitate Sandomirien consistentes, qua-
rum vna cum horto domui Archidiaconi Sandomirien con-
frontata versus ad scholam Ecclie Sancte Marie protensa est
Altera quae in opposito domus et aree Monasterij Coprinni-
cen sita est et domui aeriali DD. De Sirnno contigu-
ata: censuum ex eisdem, lacu Braseatorio et domo
prouenientes applicamus, inuiscerando et incorporando du-
ximus, et presentium tenore applicamus, inuisceramus
et incorporamus. Volentes vt prefati octo Mansiona-
rij omnes et singulos introitus et prouentus ex dictis Prebe-
da, Altari, et villis Chalina et Soiczow prouenientes
et prouenturos, gubernent, regant, tollant, teneant, et per-
cipiant, et in vsus beneplacitos conuertant, et equaliter
inter se partiantur, distribuant, et diuidant. Census vero
ex lacu et domibus prouenientes in administrationem Cere
et vini dispensent. Volumus tamen quod Rector ab eis
vacatione occurrente eligendus, duabus Marcis vltra communem
distributionem salarietur. Et quoniam prefatos octo Mansi-
onarios principaliter pro decantando Officio et Cursu Beate
Virginis instituimus; volumus et decernimus et ad id illos
et quemlibet eorum obligamus, vt Matutinas, Primam,
Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas et Completorium,

+ Missam de Beata Virgine singulis diebus in cantu et voce sonora expleant, conformandos se in cantu duntaxat Missae festiuitatibus, quae per Anni circulum de Domina nostra occurrunt. Et ne ex concurrentia Officiorum Chaos et confusio in Ecclesia generetur, Volumus quod praefati Mansionarij Officium suarum Matutinarum horarum et Missae, postquam maius Matutinum per Vicarios Sandomirien. exactum fuerit ante diluculum, vel in diluculo, iuxta qualificationem temporis incipiant, continuent et expleant; ita quod Mansionarijs Nonam canere incipientibus sonetur Campana per Sanctuarios ad Primam: Missa vero Mansionariorum expleta Maior prima, et deinde caetera maiora officia per Vicarios vel Scholares incipiantur et consumentur.

Vesper 8. Vesperarum vero et Completorij Officium quamprimum Campana pro maioribus Vesperis sonuerit, incipiatur et finiatur a Mansionarijs et deinde a Vicarijs vel Clericis ad expeditionem Maiorum vesperarum et Completorij et si opportunum fuerit Vigiliarum fiat processus. Item quoniam nullum vnquam Sacrificium sacratius et acceptabilius Deo fuit, sed nec vnquam futurum est, quam quod verus et summus Pontifex Iesus Christus Dominus noster Altari crucis per immolationem suae carnis, Passionis suae et redemptionis nostrae explendo misterium imposuit, nec maioribus beneficijs donis, et gratijs illos praemiatur, quam suae venerandae passionis seruos, cultores et ministros. Quocirca Volumus et ordinamus quod praefati Mansionarij in singulis diebus Veneris, per vniuersum Anni circulum, (nisi festiuitatum praedictarum Beatae Virginis aliqua diem Veneris occuparet) Beatae Dei genitricis Mariae Officio quotidiano omisso, totum officium incipiendo a primis Vesperis et Completorio diei praecedentis Iouis vsque ad Vesperas alteras exclusiue diei Veneris subsequentis, de Passione eiusdem Domini nostri Iesu Christi in Matutinis horis et Missa voce sonora deuotius peragant cantando insuper voce submissiori, postquam eleuatio in Missa [illegible] Sacramenti ab eis cantanda perfecta fuerit Responsorium

De Passione Dni Officium

Matuti.

onarij singulis diebus ferialibus duntaxat imponant vnam Collectam penultimam in Missa qualibet tam de Passione Domini nostri, quam de Domina nostra cantanda, generalem pro defunctis omnibus praefatarum Mansionariarum fundatoribus, dotatoribus et suffragatoribus, agendo pro illis in memoria defunctorum mentionem specialem. Collectae quae?

Item circa dispositionem, prouisionem, Collationem Mansionariarum praedictarum talem ponimus et statuimus ordinationem, volumus et praesentium tenore decernimus, perpetuo obseruari. Quod vnam Mansionariam primam praefatus D. Michael Abbas et conuentus suus Monasterij Sanctae Crucis Calui montis et eorum successores temporibus perpetuis conferant. Item duas Mansionarias sequentes, nos et successores nostri Episcopi Cracouien. pro tempore conferemus. Residuas vero quinque Mansionarias Praelati et Canonici, Capitulum vcht Sandomirien. conferent, et conferendi habebunt potestatem, quotiens Mansionarias praefatas per cessum vel decessum, aut quouis vacationis genere, eorum quibus illas in primordio praesertim Erectionis, Nos, Abbas et conuentus Sanctae Crucis et Capitulum Sandomirien. conferemus vacare contigerit Ex personis siquidem et numero, sed non ex vice vacantis Mansionariae collationem volumus dignosci; vt vcht Nos et Successores nostri Episcopi Cracouien. de his duabus Mansionarijs duntaxat, Conuentus vero et Abbas Sanctae Crucis de illa vna; Capitulum deniq; Sandomirien. de illis quinque habeat ius disponere, quas ex personis quibus nunc et in posterum illas conferemus contigerit vacare

Collatores Mansionariorum 1 2

Item volumus et ordinamus quod Mansionarij octo praedicti in vna domo Scholae Beatae Mariae contigua et sub vno tecto habitent. Mensam quoq; communem habeant; per Praecentorem pro tempore in singulis quae agend[illegible] refor[illegible]manda, aut expedienda incumbent, regulandi

Clericum autem volumus Capellae Altarium et omnium rerum ad Capellam pertinentium habere custodiam et curam; ratione cuius ordinamus ut ad Mansionariam Collationis Capituli Sandomirien' primo vacantem habeat ascensum.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum in Kunow feria quarta proxima post Festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis quae fuit dies Mercurij duodecima Mensis septembris. Anno Dni

1470. Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo. Praesentibus Venerabilibus et Honorabilibus Dominis Joanne Dlugosch Seniore, Magistro Jacobo de Schadek Decretorum Doctore, Joanne Baruchowski Canonicis Cracovien' Magistro Martino de Lancicia Medico, Paulo de Cyzowo Cruswicien', Petro de Gorzewice Curelowien' et Kielcen', Wlodano nostro Cracovien' Andrea de Opalinicza Przesten' Canonicis, Joanne de Landa Plebano Joanne de Gorzyce Notarijs nostris, et alijs pluribus testibus fide dignis.

Desideratur Extractus cum sit Erectus Posterior Libro Beneficiorum Ex actis Eppus Cracoviensis

# Villæ Mansionariorum

Perpendens Joannes Dlugosch Senior Canonicus tunc Sandomirien' introitus Mansionariorum Sandomirien', qui illis ex incorporatione Præbendæ Sancti Adalberti extra muros Sandomirien' et Altaris Sanctæ Heduigis cesserint, tenues et parum sufficientes esse: duas Villas vcdt Okalina et Goiczow prope opathow sitas, quas quondam Vincentius Kadlubkonis de Karwow, ex genere nobili et militari ortus tunc Præpositus Sandomirien' et post uero Episcopus Cracouien' Monasterio Szulciowien' Ordinis Cisterciensis Gnesnensis Diœcesis, purè propter Deum in Eleemosynam perpetuam contulerat, a Nicolao Abbate et Conuentu Szulciowien' pro mille marcis latorum grossorum, quas idem Abbas et Conuentus in Villam multo meliorem et suo Monasterio viciniorem Blogie dictam de Consensu Illustrissimi Casimiri tertij Regis Poloniæ per Joannem Dlugosz ægrè expedito à militaribus coemendo pro Collegio Mansionariorum Sandomirien', vna cum Scultetia villarum prædictarum emptione perpetua, de quo habentur litteræ Judiciales. Anno Dni Millesimo quadringentesimo septuagesimo, emit et comparauit. Annæq; filiæ Jacobi Czernikowski et consortis Warsey ide Zelichlin Scultetiam huiusmodi vendicanti, satisfecit.

## Okalina

Villa sub Parrochia Ecclæ de Opathow sita, cuius proprietas et dominium omnimodum et plenum ad Mansionarios Sandomirien' pertinet. In qua sunt quindecim lanei Cmethonales, quorum quilibet pro annuo Censu soluit fertonem, duos Capones et triginta oua, Caseos non dant. Obiedne soluunt per

quatuor

quatuor quadrantes de Laneo. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, quarum quaelibet soluit vnam Marcam pro Censu annuo. Item sunt ibi tres Hortulaniae non habentes agros, quae censum non soluunt, sed vnum diem pedestres in septimana laborant. Item quilibet de laneo tenetur ad laborandum Obroki in Praedialibus agris id est vnam Mensuram pro hyeme, alteram pro vere, arare, arpicare, seminare, metere et conducere. Item de vndecim laneis Cmethonalibus soluit quilibet pro Obroki duas mensuras Auenae, item vnam sigilinis mensurae Sandomirien' confertae. De quatuor vero laneis tollit Scultetia. Item pro Praedio sunt quatuor lanei liberi vltra Cmethonales. Item omnes agri Praediales, Cmethonales, tabernarum soluunt decimam manipularem et per quatuor Hierugas Canapalem Archidiaconatui Sandomirien'. Item pratum bonum Curiae quod Cmethones, Tabernatores et Hortulani disponunt Item Gaium magnum quercinum et pinosum, in quo sunt Apisteria de triginta arboribus. Item tres piscinae bonae sub Villa. Molendinum non est mollunt vbi possunt. Item Confiniat cum Czernikow, Nambolkow Karwow, Tudorow, Wlostow, Goiczow et vbique Vrazdy.

**GOICZOW** Villa sub Parrochia de Wlostow sita, cuius proprietas et Dominium ad Mansionarios Sandomirien' spectat plene. In qua sunt tredecim lanei Cmethonales, ex quibus vndecim spectant ad Dominium, duo ad Scultetiam Quorum quilibet soluit pro annuo Censu vnum Tertonem duos Capones, triginta oua, Caseos non dant. Obiedne soluunt per vnum grossum de laneo. Item est ibi vna taberna habens agros, quae soluit pro Annuo Censu vnam Marcam. Item sub ibi duae Hortulaniae habentes agros

nullum

nullum Censum soluunt, sed laborant pedestres vnam tantummodo diem in septimana. Item quilibet de laneo tenetur ad laborandum Obroki in agris prædialibus id est vnam mensuram pro hyeme, alteram pro vere arare, arpicare, seminare et metere et conducere. Item de vndecim laneis Cmethonalibus soluit quilibet pro Obroki duas mensuras auenæ, item vnam mensuram Sigillinis mensuræ Sandomirien' confertæ, de duobus vero laneis tollit Scultetia. Item pro prædio sunt quatuor lanei liberi vltra Cmethonales, de quorum medietate quæ fuit militaris soluitur decima manipularis Ecclesiæ in Wlostow, de altera vero medietate quæ fuit Scultetialis soluitur Archidiaconatui Sandomirien' in Gonitwan. Item agri omnes Cmethonales Tabernæ, Hortulanorum et medietas prædialium soluunt Decimam manipularem et per quatuor Sterugas Canapalem Archidiaconatui Sandomirien'. Item pratum magnum Curiæ, quod Cmethones, Hortulani et Tabernator disponunt. Item habet duo Gaia quercina, vnum maius ab altera parte villæ versus Wlostow, aliud minus ab alia parte villæ versus Jagnin. Item non sunt ibi piscinæ, neque molendinum, mollunt vbi possunt. Item Confiniat cum Wlostow, Grocholice vblin, Jagnin Okalina et sunt vbique Vrazdy.

# Decimæ Manipulares Mansionariorum Ecclæ Cottæ B. M. V.

**Rybnica** Villa sub Parrochia Ecclæ de Szulislawice sita, cuius hæredes Derslaus cum fratribus de Zborzenia de armis Cygnorum. In qua sunt quatuor lanei Cmethonales. Item vnus molendinator habens agros. Item vna hortulania habens agrum, de quibus omnibus soluitur decima manipularis et per quatuor hierugas Canapalis Mansionarijs Sandomirien. Et ducunt eam Cmethones in horreum a Mansionarijs locandum. Et valor eius æstimatur ad duas Marcas. Item non est ibi taberna. Item non est ibi aliqua curia militaris neq Prædium.

**Krolewice** Villa sub Parrochia de Szulislawice sita, cuius proprietas et dominium spectat ad Monasterium et Sanctimoniales Sancti Andreæ in Cracouia. In qua sunt quatuor lanei Cmethonales qui hortulaniæ appellantur. De quibus perceptio Decimæ manipularis diuersificatur. Nam ex agris sitis vltra fluuium Coprzywianka uersus Gieraszowice et de extremitatibus, percipiunt eam Mansionarij Sandomirien et ducunt eam Cmethones in horreum a Mansionarijs locandum. Et ualor eius æstimatur ad duas Marcas. De alijs autem agris percipit illam Ecclesia Parrochialis in Szulislawice. Item Decima Canapalis tota cedit Ecclesiæ Parrochiali in Szulislawice. Item est ibi vna taberna habens agros. Item non est ibi aliqua curia

Cæno

Cænobialis.

**Gieraszowice** Villa sub Parrochia in Sulislawice sita, cuius hæredes Derslaus cum fratribus de Zborzenia et Doluski, in qua sunt quatuor lanei Cmethonales. Item molendinum habens agros. Item duæ Hortulaniæ habentes agros, de quibus omnibus soluitur Decima Manipularis, et per quatuor hierugas Canapalis Mansionarijs Sandomirien, et ducunt eam Cmethones in horreum a Mansionarijs locandum, et ualor eius æstimatur ad quatuor Marcas. Diuersificatur tamen. Nam de agris sitis versus Szulislawice cedit Episcopo: sitis vero versus Nawodzice cedit Mansionarijs: sitis vero versus Allodia Cmethonum cedit Ecclesiæ de Coniemłoty cui soli cedit Decima Canapalis. Item Tabernæ non sunt ibi neque Prædium.

**Iagnin** Villa sub Parrochia Ecclesiæ de Strzyzowice sita, cuius hæres Nicolaus Zyrnicki de armis Rosarum, in qua sunt octo lanei Cmethonales inclusis prædialibus, quia prædiales ex Cmethonibus depositis sumpti sunt. Item quatuor Hortulaniæ habentes agros, de quibus omnibus soluitur Decima manipularis et per hierugas Canapalis Mansionarijs Sandomirien et ducunt eam Cmethones in horreum a Mansionarijs locandum. Et ualor eius æstimatur ad decem Marcas Item Tabernæ ibi non sunt. Item sunt ibi duæ Curiæ militares, sed ambæ de Prædijs Decimant Mansionarijs. Erat enim villa Jagnin Monasterij Sanctæ Crucis Calui montis, sed Martinus Abbas cambiuit eam pro alia villa.

**Pokrzywianka** Villa sub Parrochia Ecclæ de Olbierzowice sita. Cuius hæres Andreas Os

sol

solinski de armis bipennium. In qua sunt lanei duodecim Cmethonales, de quibus perceptio Decimae Manipularis variatur. Nam ex agris quae sunt ex illa parte fluminis Coprzynianka uersus Sandomiriam et Berãoz percipiunt Decimam Mansionarij Sandomirien' et Canapalem per quatuor hierugas, et ducunt eam Cmethones in horreum a Mansionarijs locandum et ualor eius aestimatur ad septem marcas. Ex agris vero versus olbierzowice sitis cedit Decima Ecclesiae Parrochiali in olbierzowice. Item est ibi vna taberna habens agros. Item Hortulaniae habentes agros de quibus in quarta parte cedit Mansionarijs Decima, in tribus vero Ecclesiae in olbierzowice. Item non est ibi aliqua Curia militaris neq; Praedium.

**Nawodzice** Villa sub Parrochia de olbierzowice sita. Cuius haeredes Paulus Derslaus cum fratribus de Zborzenia, de armis Cignorum. Item Joannes Doluski de armis. Item Nicolaus Trzebinski de armis Sreniawa. In qua sunt lanei quatuordecim Cmethonales. Item Molendinator vnus habens agros, de quibus omnibus soluitur Decima Manipularis, et per quatuor hierugas Canapalis Mansionarijs Sandomirien'. Et per Cmethones ducitur in horreum a Mansionarijs locandum. Item sunt ibi tria praedia militaria. Item tredecim tabernae habentes aliquas petias agrorum. Item quatuor Hortulaniae, de quibus omnibus soluitur Decima Manipularis Ecclesiae in olbierzowice pro vno Anno et pro altero anno datur pro Ecclesia et Plebano in Kielczyna. Item tabernae tredecim Item quatuor Hortulaniae.

**Klin** Item in Suburbio Sandomirien' sunt agri aliqui oppidanorum Sandomirien' qui klin appellantur, qui quondam Praebendae Sancti Adalberti, nunc vero soluunt Mansionarijs Decimam manipularem, quae aestimatur ad vnam marcam

Lacus

# Lacus Pabianow

In villa Pabianow sub Parrochia Eccl̃ae de Zawichost sita, cuius proprietas ad Petrum et Imramum cognominatos Quaszek pertinet est lacus Mansionariorum Sandomirien̄. Quem a Nicolao Panczowski subiudice tunc Sandomirien̄ et Petro de Imramim Quaszek de domo Janina, Petrus Rog de Gwiazdowo Vicepraepositus Sandomirien̄ pro quadraginta Marcis in sortem et proprietatem Mansionariorum comparauit. Erat enim tunc lacus ille famosus piscibus, et arendatus quatuor Marcas dabat de annuo Censu. Successu vero temporis per alluuiones Sabulo impletus, sterilificatus et imminutus est. Soluit tamen et nunc pro Mansionarijs annuatim duas Marcas, et totam Villam Pabianow circuit, rigatur quoque et fecundatur a fluuio Vistula.

# Lapidea Sandomiriae

In oppido Regio Sandomirien̄ habet Vniuersitas Mansionariorum Sandomirien̄ lapideam sitam in acie confrontatam Eccl̃ae et Monasterio Sanctae Mariae Magdalenae, ascendendo versus circulum, contiguam lapideae Vicariorum Eccl̃ae Coll̃ae Sanctae Mariae Sandomirien̄. Quae in sortem Mansionariorum per praefatum Petrum Rog de Gwiazdowo Vicepraepositum Sandomiriensem empta, ex post vero ruinata, per Joannem Dlugosz Seniorem Canonicum Cracouiensem sub vnius sexagenae per ipsum et successores suos eiusdem lapideae inhabitatores, pro Festo quolibet Paschae soluendam perpetua pensione conces

# Domus lignea Sandomiriae

In eodem oppido Sandomirien̄ habet Vniuersitas Mansionariorum domum ligneam et aream liberam iacentem inter domos et areas Beatae relictae Demetrij ab vna; et

inter

inter Pelcze et Joannem de Lysakow et Monasterij Coprinnicen partibus ab altera; protensam usqz ad viam seu vicum Castri versus domum Archidiaconatus Sandomirien. Quam præfatus Petrus Rog de Gwiazdowo Vicepræpositus Sandomirien primum a Praxedæ dicta Bogoryiska consorte Paschonis de Barutwierdz Anno Dni millesimo quadringentesimo trigesimo tertio. Expost vero a filio eiusdem Praxedis Nicolao Barutwierdzki Anno Dni millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto pro viginti Marcis habuit emptam et in iure terrestri reformatam. Quæ arendata soluere consueuerat Mansionarijs duas marcas.

# Altera Domus lignea

Est et altera domus lignea in eodem oppido Sandomirien et area, iacens inter aream Joannis Plebani de Wielawies et Præbendæ Sandomirien quæ dicitur Dwiekoska ab vna, et domum Archidiaconatus Sandomirien partibus ab altera; secus vicum strictum ab Ecclesia Sanctæ Mariæ Collegiatæ ad Ecclesiam Sancti Petri ducentem. Quam præfatus Petrus Rog de Gwiazdowo Vicepræpositus Sandomirien a Petro de Hrzowice Millesimo quadringentesimo decimo sexto pro vna medietate decem Marcis; pro altera vero medietate a Georgio de Bieczow alias de Strzeszowice Millesimo quadringentesimo decimo nono alijs decem Marcis habuit emptam et in iure terrestri reformatam. Quam pulchris ædificijs refecit viuens. Cui postea Joannes Dlugosz Senior Canonicus Cracouien ambitum vltra murum ciuilem se protendentem Regis et ciuili consensu obtento quo mansio Mansionariorum foret ab omni fætore sequestratior. Et cameras octo superædificauit, et in eadem domo habitationem et Mansionem Mansionariorum ordinauit

tqz constituit

**Hortus** Circa Ecclesiam ligneam Sancti Adalberti extra muros Sandomirienses situs cum area et domo. In qua olim Praebendarius Sancti Adalberti habitasse ferebatur. Quae Mansionarijs in haereditatem perpetuam concessa, soluuit Mansionarijs pro annuo Censu Marcam vnam.

## Altare S. Heduigis

Altare olim Sanctae Heduigis extinctum et incorporatum Mansionarijs, fundauerat quondam Florianus Episcopus Cracouien. vijt Anno Dni Millesimo trecentesimo septuagesimo quinto tertia Februarij in Ecclesia Sandomirien., conferens ei in dotem Decimam Manipularem de mensa Episcopali in Villa Gnieszowice, nulli alteri nisi Vicario Sandomirien. per Episcopum Cracouien. conferendam, obligans eum ad duas missas legendas, ferijs tertijs pro Defunctis, quintis vel sabbato de Beata Virgine vel sancta Trinitate. Item in die Sanctae Heduigis Vigilias et Missam in Cantu per Vicarios Sandomirien. pro Anniuersario praefati Episcopi explendam, et vna Marca per Altaristam salariandos 1375.

## Gnieszowice

Villa sub Parrochia Ecclesiae de Pokrzywnica oppido sita. Cuius proprietas pro maiori parte pertinet ad Abbatem et Monasterium Coprivnicense. Qui habet ibi decem laneos Cmethonales. Item habet ibi duas tabernas habentes agros. Pro altera vero parte minori proprietas villae pertinet ad Paulum, Martinum et alios fratres de Skotniki de armis Bogorya. Qui habet ibi tres laneos Cmethonales et duas Hor

tulanias sine agris. De quibus omnibus soluitur Decima manipularis et per sex hierugas Canapalis Mansionarijs Sandomirien. Et ducunt eam Cmethones in horreum a Mansionarijs locandum. Et ualor eius æstimatur ad quindecim Marcas. Item onera Altaris quamuis in titulo extincti tenentur Mansionarij Sandomirienses implere tanquam eis inuiscerati et incorporati. Item Molendina duo eiusdem villæ pertinentia ad Monasterium et vtrumq3 habet amplos agros. De quibus omnibus decima manipularis Mansionarijs soluitur; et ambo in flumine Polrzywnica vnum iuxta villam, aliud quod vocatur Tuczman sub borra. Item est ibi vnum prædium Cænobiale, de quo solus Abbas et Conuentus Decimam percipit et in suum horreum inducit

# Altare S. Laurentij

Altare Sancti Laurentij in Eclesia Collegiata Sandomirien situm, habet propriam Capellam contiguam choro in parte meridionali, quæ iam in sortem Mansionariorum translata est. Quis autem huiusmodi Altaris fuerit fundator et dotator ad liquidum dinosci non potest, Priuilegio fundationis amisso. Coniecturor tamen illius fundatorem fuisse Bodzantam Episcopum Cracouiensem: qui iuxta atq3 in Altari S Martini in Ecclesia Cracouien fundatione, Altaristam præsentem ad salariandum Vicarios pro cantu Missæ Rorate in Aduentu, vna cum dimidia marca obligauit. Eius nunc Altarista est Stanislaus de Swiradsice Canonicus Cracouien nobilis de domo Zabawa. Dotis autem eius sunt Decimæ infrascriptæ.

CHOTKOW Villa sub Parrochia Ecclesiæ de Loniow sita. Cuius proprietas ad Sanctimoniales de

S Andrea

S Andrea in Cracouia pertinet. In qua sunt agri hinc inde sparsi ad sex aut octo laneos æstimati. Item tres hortulaniæ habentes agros. De quibus omnibus soluitur Decima Manipularis Altari, et per Cmethones ducitur in horreum ab Altarista locandum et Canapalem per sex hierugas. Item taberna vna ibi habens agros, de quibus Decima pro Altari soluitur. Item prædium vnicum Sanctimonialium est in eadem villa, ~~de q~~ De Cuius agris aliquibus soluitur Decima Manipularis Altari; de aliquibus vero solæ moniales percipiunt et in suum horreum inducunt.

# Miedzygorze

Villa sub Parrochia Ecclesiæ de Malice sita. Cuius hæres Ioannes Miedzygorski nobilis de domo bipennium. In qua sunt quinque lanei Cmethonales. Item Taberna. Item Hortulaniæ habentes agros. De quibus omnibus soluitur Decima Manipularis et per sex hierugas Canapalis et per Cmethones ducitur in horreum ab Altarista locandum Item est ibi molendinum sed non habet agros. Item est ibi vnicum prædium Militare. De cuius agris aliquibus soluitur Decima Altari S Laurentij manipularis de aliquibus vero Ecclesiæ Parrochiali in Malice.

# Rzeczyca Sucha

Villa sub Parrochia Ecclesiæ de Sancto Paulo extra muros Sandomirienses sita. In qua consistunt Prædia Oppidanorum de Sandomiria, ad quinque laneos æstimata. De quibus soluitur Decima Manipularis Sancti Laurentij Altari. Item incolæ prædictorum prædiorum ex veteri vsu non ducunt Decimam in horreum

reum Altaristæ, sed solus Altarista eam conducit proprio sumptu. Item non soluunt Decimam Canapi.

# Rzeczyca Mokra

Villa sub Parrochia Ecclesiæ de Sancto Paulo in antiqua Sandomiria sita. Cuius Hæredes Andreas Oszka de domo Rauitarum et Thomas Pieczymucha de Domo Szulima. Ex hac autem villa Decimæ perceptio diuersificatur. Nam agri Prædiales omnes Thomæ Pieczymucha soluunt Decimam Ecclesiæ Sancti Pauli: agri uero Cmethonales præfati Pieczymucha omnes soluunt Decimam Altari. Item agri Prædiales Andreæ Oszka et suorum Cmethonum pro medietate soluunt Altari, et pro medietate Ecclesiæ Sancti Pauli. Et ducunt in horreum ab Altarista locandum. Item Canapum non dant.

NB

Item Altarista Altaris præfati oneratus est ad soluendam vnam cum media Marca Vniuersitati Vicariorum Sandomiriensium, pro cantu Missæ Rorate, quem faciunt in Aduentu Domini. Item Altare præfatum iuxta omnia Regestra taxatum est ad decem Marcas.

Item Altarista oneratus est ad legendum in Altari præfato. Item Iuspatronatus præfati Altaris vendicat sibi Episcopus Cracouien, licet asseratur ad præsentationem Capituli Sandomiriensis pertinere.

Ex Actis seu Libro Beneficiorum Vnblis Capituli Cathedralis Collegiatæ Sandomirien extractum, sigilloq eiusdem communitum

Paulus Ptomanski Apostolicus etc.
eiusdem Capituli Notarius mp

# Commutatio Dedicationis Ecclesiæ S. Adalberti extra muros Sandomir

Ioannes Albertus Dei gratia Poloniæ et Sueciæ Princeps, S. Mariæ in Aquiro Diaconus Cardinalis, Episcopatus Cracovien' Administrator Dux Severien'.

